MASTER NEGATIVE
NO. 93-81668-4

AUTHOR:

AUGUSTINIUS, AURELIUS, SAINT...

TITLE:

ARS GRAMMATICA BREVIATA

PLACE:

MARBURG

DATE:

1861

Master Negative #

93-81668-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET


Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Weber, Karl Friedrich. 1794-1861. ed.
Augustinus, Aurelius, saint, bp. of Hippo.
Ars grammatica breviata, 1861.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35
REDUCTION RATIO: 12x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 9-12-93
INITIALS: SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




AIIM



Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

AURELII AUGUSTINI

ARS GRAMMATICA BREVIATA.

EDITIONEM IN GERMANIA PRIMAM ET ROMANA INTEGRIOREM

APOGRAPHO CODICIS BRUXELLENSIS USUS

CURAVIT

CAROLUS FRIDERICUS WEBER.

MARBURGI.
IMPENSIS N. G. ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.
MDCCCLXI.

Prolegomena.

Sanctus Augustinus, Tagastae CCCLIV p. Ch. natus et Hippone CCCCXXIX vel XXX mortuus, antequam anno aetatis tricesimo tertio Mediolani per Ambrosium in coetum Christianorum receptus XXIV April. a. CCCLXXXVII vitae scholasticae renuntiaret [1]), literis artibusque liberalibus per novem annos [2]) studium operamque consecravit. Etenim non solum *grammaticam* sive literaturam *latinam* in civitate patria atque *rhetoricam* prius in capite Africae Carthagine, postea in urbe Romana aliquamdiu et apud Mediolanenses docuit [3]), sed etiam *disciplinarum libros V* et *librum de grammatica* et *de musica sex volumina* composuit [4]). Quae omnia, ut ipse l. l. testatur, Mediolani scribere ita conatus erat, ut *disciplinarum* quidem sola *principia* consignaret, sed *libros de grammatica et de musica* absolutos perfecerit. Supersunt, ut constat, nonnisi *de musica libri;* cetera interierunt, quod iam vivo Augustino factum esse ipse verbis significat. Fuerunt quidem, qui et *de grammatica librum* [5]) integrum ad nostram aetatem pervenisse eundemque esse censerent, qui nescio unde [6]) in editionibus S. Augustini Basileens.

---

1) Possid. Vit. Augustini c. 2.

2) Augustin. Confess. IV, 1, 2. *Per idem tempus annorum novem ab undevicesimo anno aetatis meae usque ad duodetricesimum — docebam — rhetoricam.*

3) Possid. l. l. 1.

4) Augustin. Retract. I, 6. *Per idem tempus, quo Mediolani fui baptismum percepturus* (CCCLXXXVII) *etiam Disciplinarum libros conatus sum scribere, interrogans eos qui mecum erant atque ab huiusmodi studiis non abhorrebant. — Sed earum solum de grammatica librum absolvere potui, quem postea de armario nostro perdidi, et de Musica sex volumina. — De aliis vero quinque disciplinis illic similiter inchoatis de Dialectica, de Rhetorica, de Geometrica, de Arithmetica, de Philosophia, sola principia remanserunt, quae tamen etiam ipsa perdidimus, sed haberi ab aliis existimo.*

5) Is index legitur in medio codice Palatino, postea Vaticano nr. 1746, ab eadem manu, quae totum scripsit codicem; alter index *regula Augustini de nomine et aliis partibus orationis,* quem Putschius non habet, a recentiore licet vetere manu primae eiusdem codicis paginae in membrana erasa additus est; cf. A. Maii Nov. Patr. Bibl. T. I P. 2 p. 165 et p. 181. Num vero idem sit liber, cuius indicem codex Bobiensis auctore Peyrone (Dissert. de bibl. Bobiensi p. 45) prae se tulisse fertur, *Augustini episcopi tractatus de nomine,* id pro certo affirmari non potest, quum codex Bobiensis non supersit, sed verisimile est.

6) Primus, quod sciam, Amerbachius librum *de grammatica* in operibus Augustini Basileae 1506 edidit, unde in alias, quas dixi, editiones transiit. Eum Amerbachius fortasse transcripsit ex codice Laureshamensi sive Palatino, postea Vaticano, de quo infra dicetur;

1528. 1556. 1559. (Tom. I p. 235—262) et inde in *Heliae Putschii* Grammaticae latinae auctoribus antiquis (1605) p. 1975—2018 nomine *D. Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi* typis repetitus circumfertur [1]). Incipit scilicet liber iisdem vv. *Omnia nomina tredecim*, quae verbis Augustini (cf. not. 4) *ab aliis* (al. *aliquibus*) *existimo* addita in editionibus Augustini quas dixi una cum vv. *Hoc opus sic incipit* leguntur, ac si Augustinus ipse haec subiunxisset. Sed viri illi creduli non curarunt vv. *Hoc opus incipit: Omnia nomina tredecim* in omnibus Augustini codicibus deesse [2]) et ex scholio Amerbachii, ut videtur, oriunda alieno [3]) loco esse adsuta, neque considerarunt Augustinum, quod ipse profitetur et libri de musica confirmant, in libro quoque de grammatica rem per colloquium, interrogando [4]) et respondendo, tractasse, quod in libello Augustini Putschiano non est factum. Tum *ars* grammatica *Sancti Augustini breviata*, quam A. Mai ante hos novem annos primus edidit, cum illo de grammatica libro comparata manifeste ostendit Putschii opusculum subditum esse, quippe quod multis in locis a genuina Augustini arte breviata recedat, e. g. in definienda interiectione, quam Augustinus Maii IX, 38 orationis partem esse ait, spurius vero liber apud Putsch. p. 1017 negat, in explicanda infinitivi natura, cf. Augustin. Maii IV, 6, 20 cum Putsch. p. 1997, in v. *instar*, quod ille II, 7, 14 duorum tantum casuum (nisi forte v. *accusativi* excidit), hic trium facit apud Putsch. p. 1980 [5]). Praeterea Augustinus Putschii utitur vocabulis artis propriis v. c. *subiunctivi* p. 1996, *semineutralis* p. 2004, *neutropassivi* ibid. et graecis v. c. *ἄπτωτον τρίπτωτον* p. 1976. 1980. 1982. 1989. 2017 sq., quae Augustinus Maii non habet et quibus hic abstinet, quia latine dici possunt; aliis contra utitur vocabulis Augustinus genuinus v. c. IV, 9, 22 *meditativa*, cuius loco falsarius Putschianus p. 2006 habet *desiderativa*. Doctior quoque apparet impostor Putschianus, qui Terentium (quater), Horatium (p. 2000), Virgilium (saepissime), Lucanum (p. 2020), Iuvenalem (p. 1976), Varronem, alii auctori nimirum debitum (p. 2008), Sallustium (bis), Ciceronem (saepius) et complures artis grammaticae scriptores (p. 1992. 2004 et 2009) laudat, dum Augustinus Maii bis Ciceronem III, 25, 28 et VI, 2, 9, ter Virgilium II, 5, 3, VII, 2, 36 et VIII, 4, 37 et semel Apostolum Paulum II, 5, 3 commemorat. Denique singula artis grammaticae praecepta et tota ratio tractandi in utroque scriptore et Maiano et Putschiano, quorum ille ab initio *artem pro mediocritate fratrum breviatam* se scripsisse profitetur, hic (p. 2017) *omnes partes orationis se decurrisse, quae ad compendium sufficiant* ait, ita inter se differunt, ut nullus inter utrumque scriptorem intercedat nexus, nisi ubi alii quoque artis grammaticae auctores consentiunt. Nemo itaque sanus, qui vel obiter Augustinum Putschii cum Maiano comparaverit, epitomen Augustini nuper repertam ex illo Putschiano sumtam atque

---

Maurini autem editores Augustini (Paris. 1689) nullo equidem libri codice sunt usi (cf. Ernest. ad Fabric. B. L. T. III p. 411) et librum ipsum in appendice suppositiciorum a genuinis separarunt.

1) Error fortasse inde ortus, quod codex, ex quo *liber de grammatica* typis descriptus est, hunc S. Augustino tribuit, quemadmodum id in Vaticano factum videmus, et quod in codice Artem Augustini breviatam liber de grammatica excepit.

2) Praef Maurinorum ad Augustini Oper. Tom. I Append. 1 p. 1.

3) Quae enim verba ad initium artis grammaticae subditae re vera pertinent, nunc nonnisi ad opus quinque disciplinarum referri possunt.

4) Cf. not. 4. Quo argumento et Tillemontius usus est, ut *librum de grammatica* non esse Augustini demonstraret; cf. Ern. ad Fabric. l. l.

5) Cf. et *deponentis* definitionem in grammatica breviata IV, 3, 18 et in Putschiana p. 2003.

in brevius esse redactam arbitrabitur, nemo Putschianum fetum pro genuino Augustini libello habendum esse sibi iam persuadebit [1]). Integer Augustini *liber de arte grammatica* intercidit; superest tantum epitome ejus, qua quidem damnum literarum antiquarum resarciri non potest. sed nihilominus vel sic A. Maio gratia debetur, quod summarium certe libri olim pleni tanquam supplementum evulgavit. Invenerat enim Faustinus Arevalus [2]) in bibliotheca Vaticana codicem membraneum saeculi IX vel X, olim sancti Nazarii in Laurissa, inde Laureshamensem, postea Palatinum, nunc *Vaticanum* (V.) Nr. 1746, qui indices in pagina prima erasa a manu vetere scriptos habet: I. *Artes* (sic) *sancti Augusti*. II. *Regula Augustini de nomine et aliis partibus orationis*. III. *Ars Donati quam Paulus diaconus exponit* etc. et eosdem libros continet literis antiquis exaratos. Hunc codicem, ut A. Mai observavit [3]), auctor catalogi MSS. Laureshamensium multis saeculis ante cum indice *ars grammatica sancti Augustini adbreviata* commemoraverat: cf. Spicileg. Roman. ab A. Maio editum T. V p. 191, 27. In eundem codicem incidit et A. Mai atque ex eo *artem Sancti Augustini Episcopi ad Petrum Mediolanensem* transcriptam in Nova Patrum Bibliotheca Tom. I. P. 2 p. 167—181 in lucem edidit. Sed quum *prima* [4]) *codicis pagina*, in qua erat Augustini nomen rubricatum operisque titulus una cum initio artis grammaticae (XXV versiculi), *more palimpsestorum a Laureshamensi monacho funditus eluta fuisset atque abrasa, ut ibi titulos omnium quae sunt in codice opusculorum manu sua scriberet*, exordium artis grammaticae Augustinianae ita deletum lacunosumque est, ut ne A. Maii quidem, viri in ejusmodi rebus praestantissimi, acies oculorum acutius intenta omnia abolita eruere atque deleta supplere posset. Praeter initium mutilum, cuius tamen prima verba A. Maii sagacitas exploravit, codex reliquam grammaticam continet integram usque ad calcem. Contigit autem, ut quae desunt in codice Vaticano et in editione A. Maii ex duobus aliis MSS. et Parisino et Bruxellensi supplerentur atque suppleri possint. Codex enim est *Parisinus* (P.), qui signatus Nr. 7520, membraneus, folii minoris, exaratus esse fertur saeculo X, ex eodem fonte atque Vaticanus [5]) oriundus. Comparavit eum cum Maii editione ab initio usque ad vv. *In comparativo autem* §. 5 (§. 3 ed. Mai.) E. Miller et apographum eiusdem partis typis describendum curavit in Journ. des Sav. 1853 p. 577 sq., ex quo contextum redintegravimus. Accedit alter Codex ad totam Augustini artem restaurandam optimus, qui olim hospitalis S. Nicolai prope Cusam ad Mosellam, nunc *Bruxellensis* (B.), bibliothecae publicae, saeculo IX exaratus esse fertur auctore Theodoro Oehlero, qui codicem diligenter [6]) descripsit apographumque Frid. Osanno nostro, morte heu nobis erepto, mercede constituta et accepta vendidit. Nunc pertinet exemplum transcriptum ad suppellectilem Osanni literariam, unde id nactus sum. Codex, qui satis multa scripturae compendia habet, in singulis locis negligentior a vero saepius aberravit (II, 3), verba inconsiderate distinxit (ib. bis), in scribendi ratione [7]) sibi non constitit

---

1) E. Miller quoque in Journ. des Sav. 1853 p. 576 librum Putschianum Augusti pro genuino habendum esse negat.

2) Cf. Prolegom. eius Isidor. T. II p. 370.

3) In Nov. Patr. Bibl. T. I P. 2 p. 165.

4) A. Mai descripsit codicem l. l. p. 166.

5) E. Miller l. paulo post l.

6) Hic illic tantum in compendiis scripturae errasse videtur.

7) Eam tamen ad certam legem revocavimus; non utitur librarius assimilatione literarum, nisi in vv. *appellativa* (II, 2), *appararet* (III, 5); idem scribit *imperativus* (III, 5, 6), sed *inpersonale* (IV, 5, 22), *inperitorum* (III, 23).

(caeteri ceteri, conponere componere, intellego intelligo, hi hii), singula vocabula (II, 1 *cum — sine*. 5 *ut cum dicimus*. 7. 10. 11. III, 22. IV, 6) adeoque sententias (II, 7 *accusativus — potest o; 14 nequam—sic;* IV, 25 *eodem — erunt*, quae tamen et in Vatic. desunt; 27 *eodem — fuerint)* omisit; nihilominus ad restituendum Augustini contextum multum confert, quum meliores praebeat scripturas et quae cod. Vatic. non habet singula vocabula (VIII, 1. 2.) totasque sententias (III, 1 *per ea — finita sunt*) suppleat.

Iam vero de indice libelli Augustiniani recens reperti, qualis primitus fuerit, ante omnia quaerendum est, quum varie a variis laudetur. Auctor catalogi MSS. Laureshamensium [1]) indicem codicis, qui postea Palatinus sive Vaticanus dictus est, exhibet hunc: *Ars grammatica s̃cti Augustini adbreviata.* Eiusdem codicis recentior quidem sed a vetere manu rescriptus index auctore Faust. Arevalo in Proleg. Isidor. l. l. primae paginae erasae additus hic est: *Artes sancti Augustini.* A. Mai vero ex vestigiis singulis literarum abolitarum hunc titulum eruisse sibi visus est: *Ars Augustini ad Petrum Mediolanensem*, et disputat p. 166 et p. 181 uberius de Petro illo amico atque admiratore Augustini, quem Petrum Consentium grammaticum fuisse sibi persuasit. Idem tamen Maius prudens et cautus monet lectionem indicis in codice Vaticano paullo incertiorem, immo satis obscuram esse. Et sane vir alioquin peritissimus codicis legendi et acutissimus in hoc titulo restituendo longe a vero aberravit. Etenim in Codd. Paris. [2]) et Bruxell. apparet index perspicue exaratus hic: *Incipit ars sancti Augustini pro fratrum mediocritate breviata*, ita ut singulas vocabulorum *pro fratrum mediocritate* literas *RO F RVM MEDIO A E*, quae superstites in cod. Vatic. conspiciebantur, A. Maium in errorem induxisse pateat. Accedit auctoritas Cassiodorii, qui in loco infra laudato ad indicis vv. *pro fratrum mediocritate* respicit, et auctoritas catalogi Codd. Laureshamensium, qui [3]) *artem grammaticam sancti Augustini* commemorat *adbreviatam*, finem tituli hac voce significans. Abeat igitur Petrus Mediolanensis iste neve indicem libelli Augustiniani nomine suo interpolatum corrumpat.

Deinde dubitari potest, utrum sanctus Augustinus an alius artem grammaticam breviatam scripserit, quum neque Augustinus ipse in Retractationibus librorum a se scriptorum, neque Possidius in indiculo opusculorum S. Augustini hanc artem breviatam commemoraverit, et ille [4]) indicem *de grammatica librum*, hic [5]) *de grammatica librum unum* laudaverit. Sed habemus auctoritatem trium codicum, Laureshamensis [6]) sive Vaticani [7]), Parisini et Bruxellensis, qui et in fronte et in calce [8]) artis breviatae nomen Augustini gerunt. Accedit testimonium gravissimum, quod Osanno nostro debemus, M. Aurel. Cassiodorii [9]), omnem rei dubitationem tollentis. Is enim de variis grammaticae scriptoribus disserens in libro *de artibus ac disciplinis liberalium literarum* [10]) cap. 1 Augustinum quoque grammaticum his commemorat: *Sed et*

1) Cf. A. Maii Spicil. Rom. T. V p. 191, 27.

2) Journ. d. Sav. 1853 p. 577, ubi E. Miller errorem Maii notare debebat.

3) Spicileg. Roman. Maii Tom. V p. 191, 27.

4) Retract. I. 6.

5) Indicul. c. 6.

6) *Nomen Augustini initio etiam opusculi bis a monacho laureshamensi parvis magnisque litteris exaratum fuit.* A. Mai N. B. P. l. l. p. 166.

7) *Nomen Augustini perspicue conservatur in calce opusculi manu vetere.* A. Mai l. l.

8) De codicis Parisini quidem calce id non constat, sed ibi quoque nomen Augustini legi admodum verisimile est.

9) Natus Scyllacii anno 469 vel 470; Garet. in Cassiod. edit. T. I p. 7.

10) Tom. II p. 529, a ed. Venet.

sanctum Augustinum propter simplicitatem fratrum breviter instruendam aliqua de eodem titulo [de arte grammatica] *scripsisse reperimus, quae vobis lectitanda reliquimus, ne quid rudibus deesse videatur, qui ad tantae scientiae culmina praeparantur.* Respicit vero Cassiodorius, ut patet, ad artem Augustini breviatam, cuius indicem non modo vv. *breviter instruendam* indicant, sed etiam vv. *propter simplicitatem fratrum* explicant, ita ut de eo, quod Cassiodorius grammaticae Augustinianae epitomen, quae nostram tulit aetatem, et oculis suis viderit [1]) et pro genuino libro habuerit, dubitari non possit. Denique Abbo Floriacensis, monachus Benedictinus et diaconus saeculi X, in Quaestionibus grammaticis ad fratres Benedictinos scriptis [2]) se locum legisse ait *in opusculis* [3]) *Augustini* de comparativi structura eiusque loci verba nonnulla, ex arte Augustini breviata [4]) II, 5 hausta, memoriter et propterea commutata profert; is vero procul dubio v. deminutivo *opuscula* epitomen artis grammaticae significare voluit, non integrum librum, qui tunc iam interciderat.

Nihilominus sic statuo et censeo, epitomen artis grammaticae ab Augustino absolutae [5]) post mortem eius intra annum DXXX [6]), quo monasterium Cassinense conditum est, et DLXII, quo anno obiisse dicitur [7]) Cassiodorius, non ab ipso Augustino, sed potius a Benedictino quodam monacho, fortasse monasterii Cassinensis, in usum fratrum Benedictinorum factam sive in compendium quoddam redactam esse, quam superstitem habemus. *Ars* enim *breviata* neque ab ipso Augustino in Retractationibus I, 6, paulo ante mortem suam dictatis [8]), neque a Possidio in Indiculo c. 6 opuscula Augustini recensente laudatur; deinde nulla apparet causa, cur Augustinus in epitomen coegerit librum suum, cui formam dialogi consulto indiderat; tum ars grammatica ab Augustino, Manichaeorum doctrinae per novem integros annos dedito, ad usum communem omnium discentium, non monachorum tantum scripta fuit, antequam sacris Christianis imbueretur, ut ipse [9]) testatur; in arte vero breviata II, 5 et *episcopi* [10]) et Pauli apostoli [11]) laudantur verba, quae potius ab epitomatore quodam Christiano addita, quam a grammatico Augustino orta esse exspectaveris. Accedit quod inscriptionis vocabulum *sancti* vulgo de mortuo Augustino valet et vox *fratrum* Benedictinos monachos, quorum hoc erat sollenne [12]) nomen, non alios significare videtur. Illo autem tempore, quo tenebrae literas magis magisque obnubilabant, Benedictini soli ex monachis et grammaticam doctrinam linguae latinae cupiebant, et soli epitomen eiusmodi conficere poterant. Itaque et reliqua indicis verba *pro fratrum mediocritate*, quae ad captum fratrum spectant, epitomen artis grammaticae ad usum monachorum

1) Cassiodorius tamen in arte grammatica non Augustinum sequitur, sed Donatum, *qui* (T. II p. 529 ed. Ven.) *et pueris specialiter aptus et tironibus probatur accommodus;* nihilominus singula Cassiodorii cum Augustinianis consentiunt.

2) Apud A. Maium in Spicileg. Roman. T. V p. 345 sq., cui hic locus debetur.

3) Abbo hoc vocabulo praeter artem Sancti Augustini fortasse etiam librum de grammatica significavit, quem cum arte coniunctum Augustini esse putavit.

4) Cf ibidem Maium.

5) Cf. Retractat. I, 6.

6) Garet. l. l. p. 26. Cassiodorius 69 vel 70 annos natus 538 vel 539 in monasterium Vivariense sive Castelliense se receperat, ibique literas humanas docuit. Garet. l. l. p. 17 sq.

7) Alium mortis annum Cassiodorii (538) statuit Gregorov. Gesch. d. Stadt Rom T. II p. 13.

8) Possid. Vit. August. 28.

9) Retract. I, 6.

10) Apud Abbonem Floriacensem l. l. legitur *docti* pro *episcopi*.

11) Ex epistola ad Corinthios data I, 13, 13.

12) *Fratres* quidem dicit monachos et Augustinus (cf. Vit. eius Possid. c. 11 et 28); sed hoc erat vulgare, non sollenne nomen dei servorum.

linguam latinam, qua non bene uterentur, addiscentium[1]) factam eorumque menti aptatam esse declarant. Sed artem breviatam ex genuino Augustini libro *de grammatica* sumtam esse non est quod dubitemus et quodammodo comprobatur, ut recte iam A. Mai[2]) monuit, vocabulo punico *dellas* sive *delecs* IX, 4, cuiusmodi verbis punicis Augustinus et in aliis scriptis suis uti consuevit.

Est igitur ars grammatica breviata neque pro Augustini de *grammatica libro*, quem in Retract. I, 6 laudat, habenda, neque opus ipsius Augustini, quod Arevalus[3]) suspicatus erat atque A. Mai[4]) et E. Miller[5]) sibi persuasisse videntur, sed potius, quod index codicum declarat, epitome libri Augustiniani de grammatica a nescio quo monacho Benedictino facta monachorumque ingenio accommoda. Quae quamquam fortasse in causa fuit, cur grammatica Augustini integra perierit, excerpta[6]) tamen e libro, quem summus ecclesiae christianae doctor composuit, vel sic nobis grata et accepta est, quippe quae ad linguam latinam rectius intelligendam[7]) et ad saeculi sexti[8]) ingenium, quod in Italia tunc vigebat, cognoscendum nonnihil conferat, ita ut eam cum delectatione quadam licet non magna perlegas. Est enim grammatica ad vulgarem sensum accommodata, summam rem breviter complexa, eleganter perspicueque scripta et singula nova[9]) praebet.

Artis breviatae editionem ita curavi, ut apographum Oehlerianum codicis Bruxellensis in scriptura et in distinguendi notis i. e. punctis[10]) diligenter accurateque redderem; hic illic distinguendi signum perspicuitatis causa addidi; corrupta et falsa vel ope codicis Vaticani |vel coniectura mea aliorumve emendavi; nonnulla vel codicis Parisini collatione ab E. Millero instituta atque Vaticani scriptura usus vel proprio Marte supplevi, quae omnia una cum discrepantia lectionis indicavi. Denique capitum et segmentorum notas addidi, servatis |tamen Maianis, quas uncis circumscripsi.

---

1) Fortasse et docentium, si sequimur III, 3 codicem Vaticanum, qui *magistri* post *neglegentes* addit.

2) N P. B. Vol. I P. 2 p. 166. *Punicum illud Dellas — latine curex prorsus et omnino indicare videtur Augustinum auctorem, qui punica verba non pauca in aliis scriptis recitare solet. Hoc autem Dellas neque alibi apud ipsum Augustinum, neque, ut puto, apud punicae linguae tractatores — apparebat. A. MAI.*

3) Proleg. ad Isidor. T. II p. 374.

4) N. P. B. l. l. p. 165. *Opusculum elegans — neque ullatenus Augustino indignum.*

5) In Journ. des Sav. 1853 p. 576. *Le nouveau traité de grammaire — est bien certainement l'oeuvre du savant évêque d'Hippone, dont l'esprit sain, méthodique et pénétrant se manifeste à chaque ligne.*

6) Tales sunt et elocutiones in fine epitomes, quas A. Mai in notas relegavit.

7) *In quo* (opusculo) *etsi plurima reliquis Artigraphis necessario communia sunt, attamen nova sunt a rei studiosis ac lexicographis utique observanda cum classica insuper stili bonitate ac perspicuitate.* A. Mai N. P. B. l l p. 166.

8) Quo *incuriosi* (III, 3) *et neglegentes* (magistri) perversa docebant et *a poetis tempus exclusit* (IX, 3) i. e. poetae propter ignorationem prosodiae non legebantur.

9) Cf. IV, 33 de connexionibus verborum.

10) Punctis, quae codex Bruxellensis sola pro notis distinguendi sed sine discrimine habet, ita sum usus, ut regulam sequerer Donati in arte gramm. I, 6 p. 9. *Distinctio est ubi finitur plena sententia· huius punctum ad summam litteram ponimus· subdistinctio est ubi non multum superest de sententia. quod tamen necessario separatum mox inferendum sit· huius punctum ad imum litteram ponimus· media est ubi fere tantundem de sententia superest. quantum iam diximus· cum tamen respirandumsit· huius punctum ad mediam litteram ponimus*; cf. et Isidor. Or. I, 19, 3 sqq.

||Incipit Ars Sancti Augustini Pro Fratrum Mediocritate Breuiata*).

Fol.9.a.B.

---

p. 167 M. [1] §. 1. [1] †*Latinitas* est obseruatio incorrupte loquendi secundum romanam linguam· constat autem modis tribus id est *ratione auctoritate consuetudine· ratione* secundum artem. *auctoritate* secundum eorum scripta quibus ipsa est auctoritas adtributa. *consuetudine* secundum ea quae loquendi usu placita adsumptaque sunt.

[Caput I.]

De Partibus Orationis.

|2| §. 2. [2] Partes orationis sunt octo Nomen Pronomen Verbum Aduerbium Participium Coniunctio Praepositio Interiectio.

[Caput II.]

[De Nomine.]

§. 1. *Nomen* est pars orationis cum casu sine tempore significans plene quae aliquo genere quod sexum adtinet enuntiantur· quanquam enim genus neutrum nec masculinum nec femininum sit· tamen quia negato utroque sexu signatur. ex eo ipso habet causam ut

Index siglorum.

B. = Codex Bruxellensis. M. = Editio Maii. P. = Codex Parisinus. V. = Vaticanus sive Palatinus.

---

*) A. Mai in Cod. Vatic. palimpsesto nr. 1746 titulum rubricatum, partim atramento renovatum, invenisse sibi visus est *Ars sancti Augustini ad Petrum Mediolanensem.* Auctor catalogi MSS. Laureshamensium (cf. A. Mai Spicil. Rom. T. V p. 191), qui eundem codicem Vaticanum, olim Laureshamensem, commemoravit, indicem praebet *Ars grammatica sancti Augustini adbreuiata.* Servavi scripturam cod. Brux.; cf. Prolegomena. Cod. Paris. Nr. 7520 (cf. Miller in Journ. des Sav. 1853 p. 577 sq.) cum Bruxellensi concordat.

§. 1. 3 *Definitio latinitatis totidem fere verbis est apud Victorinum in Putschiana editione p. 1938 partimque etiam apud Diomedem p. 434. MAI.* — est deest P. — *incorrupte* V. *interrupte* B. P. — 5 *artem* in V. erasum. — *praescripta* V. *scripta* B. et P. — *bus ipsa est* in V. erasa. — *adtribuat* V. Lacunam hic indicat Mai, quam post v. *consuetudine*, ni fallor, voluit; desunt enim (erasa) *secundum ea* in V. — 6 *placita ads. sunt* desunt erasa in V.

§. 2. 1 *Caput I. II* etc. addidi de meo. 2 V. add. *Incipit* ante *de part.* Vv. *de nomine* add. post *orationis* P. et V. — 4 *prepositio* B.

§. 1. 2 *De Nomine* add. de suo Oehl. — 3 *Nomen est pars — ex his varie* (§. 3, 15) erasa in V. — *cum et sine* ex P, desunt in B. — *plene quae* P. *pleneque* B. — 4 *quo de* B. *quod ad sexum* P. — *adtenet* B. — *enuntiatur* B. *enuntiantur* P. — 5 *femininum. sed tamen* B. *femininum sit tam.* P. — *qui a* P. — *negotio* B. *negato* P. — *sexus* B.

inter genera nominaretur· Nomini accidunt multa sed animaduersione maxime digna sunt *qualitas genus numerus conparatio figura casus*·

§. 2. In *qualitate* consideratur utrum sit *proprium* an *appellatiuum*· *proprium* est quaecunque res a ceterarum omnium quantum potest commune secernitur. *appellatiuum* quod commune cum multis est· nam *ciuitas* multarum ciuitatum commune nomen est et ideo appellatiuum est. *Roma* uero cum dicimus a ceterarum eam commune seiungimus· itaque hoc nomen proprium est· sic et *fluuius* appellatiuum *Tiberis* proprium et *homo* appellatiuum *Cicero* proprium·

§. 3. *Genera* nominum simplicia tria sunt *masculinum* ut *uir femininum* ut *mulier neutrum* ut *scrinium*· ex his uarie coniunctis fiunt alia tria *commune utriusque sexus* ut *hic* et *haec homo*. *commune ex masculino et neutro* ut *hic* et *hoc uictor*· dicimus enim *uictor iuuenis uictor numen*. feminino enim *uictrix* facit· *commune omnium generum* ut *hic* et *haec* et *hoc felix*· dicuntur quaedam etiam *promiscua*. quando uno genere uterque sexus includitur· nam *hic passer* dicitur siue masculus siue sit femina et *haec aquila* etiamsi non sit femina· sed ideo non adnumerantur quia uel masculino uel feminino generi adtributa sunt·

§. 4. *Numeri* sunt duo *Singularis* ut *hic uir Pluralis* ut *hi uiri*.

§. 5. *Conparationis* gradus tres sunt *Positiuus* ut *iustus Conparatiuus* ut *iustior Superlatiuus* ut *iustissimus*· per *positiuum* fit conparatio ut aequalitas quaedam ostendatur. ut cum dicimus *tam est hic iustus quam ille*. et ideo nominatiuum casum regit· [3] in |3|
conparatiuo autem *et superlatiuo* non est aequalitas sed alius alii praeponitur· ita tamen ut conparatiuus ablatiuum casum regat· aliquando autem genetiuum pluralem regit. ut cum de tribus episcopis interrogamus *quis illorum prior est*, unum de ipsis tribus priorum

---

sexu P. — 6 an *nominetur? Nomina* P. *Nomini*, quod Miller coniecit, B. — *accidunt* P. *accedunt* B. — *maxima* P. *maxime*, ut Mill. voluit, B. — 7 *comparatio* B. V. — 8 *propria* B. *proprium* P. — 9 *quaecunque* Oehl., *q̄q̄ue* B. *quoque quae* P. Mill. coni. *qua* pro *quae*. — 10 *communione* P. *commune* B; cf. infra. — 11 *caeterarum* B. *ceterarum* P. — 12 *nom proprium* B.

§. 3. 15 *uariae* B. P, quod correxi. — *fiunt. alia* B. *fiant alia* P. *fiunt aliaque commune* — *utriusque* — *homo* erasa in V. — 16 *ut hic* — *enim victor*, deinde *numen* et *enim* — *commune* erasa V. — *omnes enim* B. *dicimus enim* P. — 17 *iuvenis* B. *iuvenis* P. — *nomen* P. *numen* B. — *omnibus generibus* P. *tribus generibus* V. — *ut* ex P. — 18 *felix dicuntur. quaedam* B. *felix. Dicuntur quaedam* P. *felix* erasum V. — *dicunt quidem* V. — *promiscua quando uno* (*vo* Mai) erasa V. — 19 *includitur* erasum V. — *femina sit* P. *sit femina* B. V. — 20 *etiamsi* P. V. *si* B. — *sed ideo non adnumerantur* erasa V. —

§. 4. 22 *Numeri sunt* erasa V. — *ut hic vir* erasa V.

§. 5. 23 *Conparationis* ut post P. — *sunt tres* P. *Conputantur tres sunt* V. — 24 *Per posit*. P. *praeposit*. B. *Per posit*. — *ut* erasa V. — *comparatiuo* B. *conparatio* P. — *ostendatur* — *ille* erasa V. In mediis Mai legit *cima est*. — 25 *ut cum dicimus* ex P, desunt in B. — *regit. In* non apparent in V. — 26 *comparativo*. Incipit Cod. V. integer; desiit collatio Cod. P. Scripsi *conpar*. ut semper. — *aliud alii* V. — *ita tamen* desunt V. — 27 *h̶•* i. e. *autem* B. (cf. de *h̶•* Vit. Lucan. P. I p. 17 not. 23), ut postea 29. 35; *etiam* V. — *genitiuum* B., qui postea ubique *genetiv*. — 28 Pro *episcopis* Mai ex Abbone vult *doctis*, quam veriorem lectionem esse putat. —

uolentes cognoscere· si autem dicamus *quis illis prior est*· nescio quam personam quartam uidemur inquirere quae illis tribus prior est· unde etiam *Paulus* apostolus cum diceret *manet autem fides spes caritas tria haec*. quod caritas inter tria iam numerata est. dixit *maior autem horum caritas*· nam si diceret *maior autem his caritas*· aliam caritatem quasi quartum aliquid inducere uideretur. quod tribus dinumeratis id est fidei et spei et caritati praeponeret· cuius rationis minus capaces quidam in aliquantis codicibus emendauerunt *maior autem his est caritas*. ut cum dicimus *iustior hic illo* et nominatiuum. ut cum dicimus *iustior hic quam ille*· deinde non solum suo generi uelut *uelocior homo*
p. 168 M. *homine* sed alieno etiam conparatur. ut *uelocior lepus homine*. †et singularis plurali ut *hic fortior est illis* aut *fortior est quam illi*. et pluralis singulari ut *hi fortiores illo* uel *quam ille*· *superlatiuus* uero et tantummodo suo generi conparatur et nonnisi per genetiuum pluralem· non enim possumus dicere *uelocissimus equus* nisi equorum aut *sapientissimus homo* nisi hominum et similia. siue singularis plurali conparatur ut ea quae dicta sunt. siue utrumque plurale sit ut *fortissimi homines hominum*· aliquando etiam genetiuum singularem sequitur. cum idem genetiuus sono quidem singularis intellectu autem pluralis est. ut cum dicimus *fortissimus gentis illius*· unde etiam ille dixit *o Danaum fortissime gentis Tydide*·

|4| §. 6. [4] *Figura* nominum est per quam consideratur utrum *simplex* an *conpositum* nomen sit· est autem *conpositum* nomen cum fit unum ex duabus uel pluribus partibus orationis. ut cum dicimus *ineptus* uel *inexpugnabilis*· nam illud de duabus hoc ex tribus partibus orationis confectum est· sane particulae quibus nomina conponuntur aut integrae sunt omnes aut corruptae omnes aut partim integrae partim corruptae· *corruptas* dico quando per ipsam conpositionem integritatem amittunt. nec ex eo tamen minus latinum

---

quos illorum B. — 29 *agnoscere* V. — *quos illis* B. — 30 *uidetur* B. V. corr. Mai *uidemur*. — *tribus illis* V. — *Paulus* I. Cor. 13, 13. — 31 *quoniam caritas* V. — *connumerata fuerat* V. — 33 *quartam* B. — 34 *praeponeret*. Totum hunc tractum legebat apud Augustinum Abbo Floriacensis, a nobis editus in AA. classicorum T. V p. 345 sq., qui praeclarum simul dat testimonium auctori Augustino. Sic ergo Abbo: *Comparativum* [sic emendav. Mai; in Spicil. est *comparationum*] *gradum dicunt grammatici servire semper ablativo casui, sed in opusculis Augustini legi, quod si rebus propositis eundem casum comparativus iunxerit, extra ipsas res erit quod idem gradus intulerit, ut puta sint tres docti: si requiris quis eis doctior sit, quartum procul dubio tibi reddi cupis; sin per genitivum quis eorum sit doctior investigas, unum ex his tribus doctiorem desideras. Quocirca, ut idem doctor ait, cum nominentur tres virtutes, fides, spes, charitas, melius est dicere neutraliter maior horum, quam maior his est charitas, ut non quartum aliquid introducas, sed in rebus propositis quid maius sit secernas*. MAI. — 35 *caritas*. Ita reapse scribunt S. Ambrosius et Beda, ut observat Sabaterius. MAI. *horum* est et in aliis locis Augustini et apud Hieronymum. — 38 *ille* B. — *hii* B. V. sed alibi fere semper habent *hi*; distinguendum enim est inter *hii* i. e. *ii* et *hi*, quod ab *hic* descendit. — 39 *conparatur* B, ut postea. — 42 *fortissime* B. — 44 *dixit*. Virgil. A. I, 96.

§. 6. 46 *per quem* B. — Scripsi *conpositum*, ut in B. postea semper. — 49 *Sana* B, *sane*, quod voluit Oehl., V. — *conponuntur* B. — 50 *corrupte* B. —

nomen efficiunt· nam cum *ineptus* dicitur id utique latinum est. et tamen *eptus* latinum non est· ex eo enim quod est *aptus* corruptum est· si quis itaque non diceret *ineptus* sed *inaptus*· eo minus latinum nomen esset quod corruptum nihil haberet·

§. 7. [5] *Casus* est gradus quidam declinationis mutatione nouissimae syllabae· [5] casus sunt sex *Nominatiuus Genetiuus Datiuus Accusatiuus Vocatiuus Ablatiuus*· *nominatiuus* est cui praeponi potest *hic* aut *haec* aut *hoc*. *genetiuus* cui praeponi potest *huius*. *datiuus* cui praeponi potest *huic*. *accusatiuus* cui praeponi potest *hunc hanc* uel *hoc*. F.9.b.B. *uocatiuus* cui praeponi potest *o*. *ablatiuus* cui praeponi potest *ab hoc* ‖ uel *ab hac* uel *ab hoc*· hoc autem in numero singulari· nam in plurali *hi* et *hae* et *haec* in nominatiuo praeponitur. *genetiuo horum* et *harum* et *horum*. *datiuo his*. *accusatiuo hos* uel *has* uel *haec*. *uocatiuo o*. *ablatiuo ab his*· sunt qui alium casum uelint adiungere quem *septimum* uocant. ut cum dicimus *uirtute beatus* et *naui uectus* id est per uirtutem et per nauem et similia·

§. 8. Ergo nomina hoc modo *declinantur*· *Tullius* nomen proprium generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui quod declinabitur sic nominatiuo singulari *hic Tullius*. genetiuus *huius Tulli* datiuus *huic Tullio* accusatiuus *hunc Tullium* uocatiuus *o Tulli* ablatiuus *ab hoc Tullio* et plurali nominatiuo *hi Tullii*. genetiuus *horum Tulliorum* datiuus *his Tulliis* accusatiuus *hos Tullios* uocatiuus *o Tullii* ablatiuus *ab his Tulliis*·

§. 9. Femininum hoc modo· *Tullia* nomen proprium generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic nominatiuo singulari *haec Tullia*. genetiuus *huius Tulliae* datiuus *huic Tulliae* accusatiuus *hanc Tulliam* uocatiuus *o Tullia* ablatiuus *ab hac Tullia* et plurali nominatiuo *hae Tulliae*. genetiuus *harum Tulliarum* datiuus *his Tulliis* accusatiuus *has Tullias* uocatiuus *o Tulliae* ablatiuus *ab his Tulliis*·

§. 10. Neutrum hoc modo· *Scrinium* nomen appellatiuum generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui accusatiui et uoccatiui quod declinabitur sic·

Corruptus B. — 52 *in utique* B. — 53 *corruptus* B. — 54 *si corruptum*. V; *qua* B; correxi *quod*.

§. 7. 57 *ho. genet.* B. — 58 *genetiuus est cui* V. — Vv. *accusatiuus* — *potest o* exciderunt in B; an *hunc uel hanc?* — 60 *hi* B. *haec* V. an *uel hae uel haec* ut postea *uel harum uel horum?* — 61 *praeponuntur* V. — *datiuus* B. — *hus uel has* B. — 62 *uocatiuus* B. — *ablatiuus* B. — *Sunt que* B. — *uellint* V. ex quo Mai fecit *uellent*. — *Septimum*, cf. Charis. II p. 154, 11 K et Diomed. I p. 317 K. — 63 *nauim* V.

§. 8. 66 *numer singulari* B. — *nominat.* B. — 67 Pro *genetiuus* etc. *genetiuo* etc. in seqq. V. — *Tullii* V. — 68 *plural. nominat.* B. *hii* B. — 69 *his Tullius* B. — *o Tulli* B.

§. 9. 71 *generis femininum* B. — 72 *singul. fig. simpl. casus nomin. et uocat.* B. ut in seqq. — *Nominat. singul.* B. — 73 *genetiuo* etc. V, ut in seqq. — 74 *plural nominat.* B. — *haec* V.

§. 10. 78 *singular. figurae simplic. casus nominat.* B. — *accus. et uocat.* B. — 79 *scrinii* an *scrini?* cf. *Tulli* l. 67. — *hoc scrinium* exciderunt B. — *Plural.* B. — 80 *hi scriniis* B. — *o scrinia* desunt B. V.

§. 11. 82 *casus* deest B. — *et pluralis* quae desunt in V. et leguntur post *uocatiui* in B. transposui. — 83 *sic* add. V. — *genetiuo* etc. V. ut in seqq. — 85 *plural.* B. *pluraliter* V. — *nomin.* B. *nominatiuo* deest V. — *hii* B. — 86 *accusatiuus* — *hominibus* desunt B.

§. 12. 88 *et masculino* V. — *neutrum* B. — 89 Scripsi *conpositae*. — 90 *et* ante *casu* deest V. — 92 *plur. hii* B. *hi* deest V. — Animadverte declinationem *infectritia*. MAI. — 93 In B. *o infectores* etc. leguntur post *ab his infect.*

§. 13. 95 *nominatiuus et uocatiuus* B. — 96 *et hoc* bis legitur B. — 97 *o prudens* desunt V. — *hii* B. — 98 *his prudentis* B. — 99 *has prudentis* B.

§. 14. 101 *quaecumque autem generis omnis sunt* V. *quecunque aut gn̄s nominis sunt* B. — *nequam nomen* — *declinabitur sic*, quae desunt in B, habet V. — 105 *hi* V. et B, ut postea semper. — *hic* pro *haec* B.

hoc scrinium huius scrinii huic scrinio hoc scrinium o scrinium ab hoc scrinio. pluraliter *haec scrinia horum scriniorum his scriniis haec scrinia o scrinia ab his scriniis*·

[6] §. 11. [6] Commune generis masculini et feminini hoc modo· *Homo* nomen appellatiuum † generis masculini et feminini numeri singularis et pluralis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic nominatiuo *hic* et *haec homo*. genetiuus *huius hominis* datiuus *huic homini* accusatiuus *hunc* et *hanc hominem* uocatiuus *o homo* ablatiuus *ab hoc* et *ab hac homine* et plurali nominatiuo *hi* et *hae homines*· genetiuus *horum* et *harum hominum* datiuus *his hominibus* accusatiuus *hos* et *has homines* uocatiuus *o homines* ablatiuus *ab his hominibus*·

p. 169 M.

§. 12. Commune ex masculino et neutro hoc modo· *Infector* nomen appellatiuum generis masculini et neutri numeri singularis figurae conpositae casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic numero singulari et casu nominatiuo *hic* et *hoc infector*. deinceps *huius infectoris huic infectori hunc infectorem* et *hoc infector o infector ab hoc infectore* et pluraliter *hi infectores* et *haec infectritia horum infectorum his infectoribus hos infectores* et *haec infectritia o infectores* et *infectritia ab his infectoribus*·

§. 13. Commune generis omnis hoc modo· *Prudens* nomen appellatiuum generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic *hic* et *haec* et *hoc prudens huius prudentis huic prudenti hunc* et *hanc prudentem* et *hoc prudens o prudens ab hoc* et *ab hac* et *ab hoc prudente* et pluraliter *hi* et *hae prudentes* et *haec prudentia horum* et *harum* et *horum prudentium his prudentibus hos* et *has prudentes* et *haec prudentia o prudentes* et *prudentia ab his prudentibus*·

[7] §. 14. [7] Sunt nonnulla nomina quae per casus non flectuntur sed tamen per casus currunt· quaecunque autem generis omnis sunt et declinantur sic· *Nequam* nomen appellatiuum generis omnis numeri utriusque figurae simplicis casus omnis quod declinabitur sic nominatiuo *hic* et *haec* et *hoc nequam* et deinceps *huius nequam huic nequam hunc* et *hanc* et *hoc nequam o nequam ab hoc* et *ab hac* et *ab hoc nequam* et pluraliter *hi* et *hae* et *haec nequam horum* et *harum* et *horum nequam his nequam hos* et *has* et *haec nequam o nequam ab his nequam*·

§. 15. Sunt item quae neque flecti possunt neque per casus currunt sed in uno aliquo casu aut aliquibus nec tamen omnibus casibus manent ut *instar* generis neutri et numeri tantum singularis et casus tantum nominatiui et uocatiui. ut *Iuppiter* nomen proprium generis masculini numeri tantum singularis casus tantum nominatiui et uocatiui. ut *sponte* nomen appellatiuum generis feminini numeri tantum singularis casus tantum ablatiui· illa quae currunt per casus sed non flectuntur *inflexibilia*. ista uero quae neque flectuntur neque per casus currunt *indeclinabilia* dicuntur·

§. 16. [8] Omnis *ablatiuus* casus singularis exceptis quibusdam inflexibilibus et [8] indeclinabilibus aliqua littera quinque uocalium terminatur· quaecunque igitur nomina ablatiuo casu singulari *a* uel *o* littera terminantur genetiuum pluralem in *rum* syllabam mittunt. datiuum et ablatiuum in *is* ut *ab hac docta harum doctarum his* et *ab his doctis*. item *ab hoc docto horum doctorum his* et *ab his doctis*·

§. 17. Quaecunque ablatiuo casu singulari *i* littera terminantur uel *u* uel *e* correpta genetiuum pluralem in *um* syllabam mittunt. datiuum et ablatiuum in *bus* ut *ab hac puppi harum puppium his* et *ab his puppibus*. et *ab hoc fluctu horum fluctuum his* et *ab his fluctibus*. et *ab hac mente harum mentium his* et *ab his mentibus*· si autem nomen ablatiuo casu singulari *e* littera producta ter|minatur· genetiuum pluralem in *rum* p. 170 M. syllabam mittit. datiuum et ablatiuum in *bus* ut *ab hac specie harum specierum his* et *ab his speciebus*· intellegitur autem utrum produci debeat ablatiuus exiens in *e*· si nominatiuus singularis in *es* et genetiuus in *ei* mittitur ut *species speciei res rei spes spei* et similia·

§. 18. [9] Sane istae regulae a casu ablatiuo ductae non seruantur quando sexus [9] discernendus est· nam cum *ab hac filia* dicatur. datiuo tamen et ablatiuo plurali *filiabus* dicendum est ut a maribus discernantur. ita et *mula mulabus anima animabus* propter *mulos* et *animos*· in his tamen nominibus quae *adiunctiua* dicuntur ista differentia non seruatur· non enim *iustabus* propter *iustos* aut *uerabus* propter *ueros* dicendum est. F. 10. a. propterea quod cum dicitur *iustus* aut *uerus* necesse ‖habemus addere quis *iustus* et

---

§. 15. 109 *et numeri* desunt B; habet V. — *nominatiui*. Apud incertum Augustinum in grammaticorum editione Putschii col. 1980. v. 10 *instar* est etiam accusativi casus. *MAI*. — *ut Iup*. B. *et* V. — 111 *appellatiuus* B. — *numerus* B. — *ablatiuus* B. — 112 *siñ flec.* pro *sed non flectuntur* B; an voluit *sine flexione?* — 113 *cur — declinabilia* in edit. Rom. per errorem typothetae; integra praebet B.

§. 16. 115 *terminantur* B. V. — *Quaecumque* V, ut semper. — 116 *singularis* B; an pro *singulari in?* cf. infra l. 137. — *plural.* B. *pluralem* V. — 117 *in his ut* B. — 118 *doctorum et* V. — *item — doctis* ex V; desunt B.

§. 17. 119 *singul.* B. — *correpto* B. — 120 *plural.* B. — 121 *puppium harum* B. — *flectu* B. — 122 *et ab hac* B. *et* deest V. — 123 *ablatiuus casus singularis* B. — 125 *Intelligitur* B. — 126 *in* ante *es* add. Oehl.

§. 18. 129 *datiuo tamen* V. *attamen* sine *datiuo* B. — 130 *multa* corr. in *mula* B. — 131 *adiunctiua* i. q. adiectiva. — 133 *propterea quod dic.* B. *propter. quia cum dic.* V.

quis *uera* dicatur aut certe intellegendum dimittere· unde ista nomina recte *adiunctiua* nomina sunt·

§. 19. Item quibusdam nominibus generis neutri. quae a Graecis sumpsimus et nominatiuo singulari *a* syllaba terminantur. ista regula casus ablatiui non seruatur· ab eo enim quod est *systema*. cum ablatiuo singulari *ab hoc systemate* faciat. licet tamen dicere datiuo et ablatiuo plurali non solum *his* et *ab his systematibus* quod postulat regula sed etiam *systematis* quod magis auctoritate quam ratione permittitur· *auctoritas* autem in latina lingua plurimum et pene sola dominatur· quamobrem in omnibus et quae supra diximus et quae deinceps dicenda sunt multo plus auctoritatis quam huius ueluti rationis. per quam grammatica nomen accepit. meminisse debemus· ipsa enim certior in grammatica ratione est. per quod intellegitur non rationi cum loquimur quam auctoritati esse seruiendum·

[Caput III.]

De Pronomine.

[10] §. 1. [10] *Pronomen* est pars orationis quae pro ipso nomine posita minus quidem bene idem tamen significat· pronomini accidunt quae considerare nunc oportet *qualitas genus numerus figura persona casus*·

§. 2. In *qualitate* adtenditur utrum finitum pronomen sit an infinitum· *finitum* intellegitur si responderi per *id* potest· per infinitum autem nonnisi interrogari potest· finitorum pronominum exempla sunt *hic iste ille ipse ego* et similia. *infinitorum* uero ut *qui quantus qualis· quis*· sunt quaedam quae aliquando infinita aliquando finita sunt ut *qui quantus qualis·* nam quando per haec interrogatio fit. infinita sunt sed alias finita· haec nonnulli *minus quam finita* uocauerunt· secundum autem hanc distinctionem si diligentius adtendas· unum pronomen est infinitum et in solo nominatiuo casu singulari et genere masculino id est *quisnam*· et huius pronominis ceteri utriusque numeri casus et genera et omnia reliqua pronomina partim *finita* sunt. quia per ea tantum responderi potest. partim *minus quam*

---

§. 19. 136 *neutri* excidit B. — 137 *nominatiuus* B. — *singulari in a* V. *singul in a* B; delevi *in*. — 138 *fysema*, ut post, B; *syssema*, ut post, V; correxit Mai. — *ad hoc* B. — *faciant* B. — 139 *plurali* V. *plural.* B. — *regulum* B. — 140 *quem* B. — 141 *paene* V. — 142 *per quam* V. *quam* B, an *qua?* — *ratio* B. V, quod correxi. — 143 *per quod* B. *qua* V. — 144 *loquitur* B. — *auctoritate* B.

§. 1. 2 *accidunt* V. *accedunt* B.

§. 2. 4 *pronomen* V. deest B. — 5 *intelligitur* B. — 6 *finitiuorum* B. — *infinitiuorum* B. — 7 *infinita sunt ut* B. — 8 *sed alia* B. *sunt alia* V. emendavi *alias*. — 11 *cuš egñra* B. — 12 *parum* pro *partim* V. *per ea tant. resp. pot. partim min. q. fin. sunt* desunt in V. *per ea* corr. Oehl. pro *eum*. — *minus quam finita*; cf. Pompei. in Donat. p. 236. —

finita sunt. quia et interrogationi et responsioni seruiunt· itaque nonnulli *minus quam finita* pronomina esse uoluerunt quae non rem praesentem demonstrant sed uel absentem uel longius positam. qualia sunt *is ipse ille*· quae uero rem ita praesentem ostendunt ut quasi digito demonstretur. *finita* nominauerunt. qualia sunt *ego tu hic iste*· cetera *infinita* id est omnia per quae inquisitio fieri potest ut sunt haec *quis qui quantus qualis*·

§. 3. [11] *Genus* et *numerus figura* et *casus* et in pronominibus eodem modo quo [11] in nominibus obseruantur· *personae* uero quibus nomina carent in pronominibus tres sunt *prima secunda tertia*· *prima* est quae dicit. *secunda* cui dicitur. *tertia* de qua dicitur ut *ego tu ille*· sane *possessiua* quaedam dicuntur *pronomina*. per quae solet quaeri uel demonstrari quid ad quem pertineat. sed cum quaeritur *infinita* sunt. cum demonstratur † *finita* sunt· sane quando gens cuiusque inquiritur uel ostenditur pronomine. *gentile* p. 171 M. *pronomen* appellatur· exempla infinitorum sunt *cuius cuia cuium*. finitorum *meus tuus noster uester*. gentile infinitum *cuias* gentile finitum *nostras*·

§. 4. *Declinantur* autem pronomina hoc modo ut casum uocatiuum omittamus. pro quo semper *o* litteram ponunt incuriosi et neglegentes· non enim pronomen primae personae et alia pleraque uocatiuum casum habere possunt. et quae habent non omnia *o* tantum desiderant sed etiam ipsius pronominis enuntiationem ut est *o noster*· [12] ergo [12] in ipsis declinationibus quod dico apparebit·

§. 5. *Ego* pronomen finitum personae primae figurae simplicis numeri singularis generis omnis quod declinabitur sic *ego mei mihi me a me* et pluraliter *nos nostri nobis nos a nobis*·

§. 6. *Tu* pronomen finitum personae secundae generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic *tu tui tibi te tu a te* et pluraliter *uos uestri uobis uos o uos a uobis*· hoc pronomen quidam diligentius considerantes non habere nominatiuum sed a uocatiuo incipere intellexerunt·

§. 7. *Hic* pronomen finitum personae tertiae generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui quod declinabitur sic *hic huius huic hunc ab hoc* et pluraliter *hi horum his hos ab his*. genere feminino *haec huius huic hanc ab hac* et pluraliter *hae harum his has ab his*. genere neutro *hoc huius huic hoc ab hoc* et pluraliter *haec horum his haec ab his*·

---

13 *quia et int.* V; deest *et* in B. — 15 *qs̄* B. — 16 *demonstratur* B. — *ista* B. — 17 *quisque* B.
§. 3. 18 *et figura* V. — 19 *omnibus* B. — *personam* B. — 20 *et tertia* V. — 22 *demonstrantur* B. — 23 *geñs* B. — 23 *pro nomine* B. — 24 *infinitiuorum* B. — *sunt* deest B. — *cuia* scripsi; *cui* B. V. — *finitiuorum* B. — 25 *cuius gent.* B.
§. 4. 26 *mittamus* V. — 27 *neglegentes magistri* V. — 29 *enuntiatione* B.
§. 5. 31 *Ergo* B. — 32 *et plur.* B.
§. 6. 35 *nominatiuus et uocatiuus* B. — *plur.* B, ut fere semper post. — 36 *consid. diligent.* V. — 37 *a* ante *uocat.* deest B.
§. 7. 41 *neutri* B.

§. 8. *Is* pronomen minus quam finitum personae tertiae generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui quod declinabitur sic *is eius ei eum ab eo* et pluraliter *ei* uel *ii eorum eis eos ab eis*. genere feminino *ea eius ei eam ab ea* et pluraliter *eae earum eis eas ab eis*. genere neutro *id eius ei id ab eo* et pluraliter *ea eorum eis ea ab eis*·

[13] §. 9. [13] *Iste* pronomen finitum personae tertiae generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui quod declinabitur sic *iste istius isti istum ab isto* et pluraliter *isti istorum istis istos ab istis*. genere feminino *ista istius isti istam ab ista* et pluraliter *istae istarum istis istas ab istis*. genere neutro *istuc* uel *istud istius isti istuc* uel *istud ab isto* et pluraliter *ista istorum istis ista ab istis*·

§. 10. *Ille* pronomen minus quam finitum in ceteris ita ut superius declinatur excepto eo quod huius neutrum non facit *illuc*. quemadmodum superius facit *istuc*. sed tantummodo *illud* tanquam *istud*·

§. 11. *Ipse* pronomen minus quam finitum quod ita ut duo superiora declinatur nisi quod huius neutrum neque *ipsud* sed *ipsum* facit·

§. 12. *Se* pronomen ‖ minus quam finitum personae tertiae generis omnis numeri F. 10. b. utriusque figurae simplicis casus accusatiui· nam diligenter animaduersum est huius pronominis declinationem ab accusatiuo incipere sicut secundae personae a uocatiuo quod est *tu*· sed si quis quia nominatiuo caret a genetiuo putet inchoandum· nihil repugnandum est· ergo ita declinatur a genetiuo *sui sibi se a se* et pluraliter eodem modo·

[14] §. 13. [14] *Quis* pronomen infinitum personae indefinitae. cuilibet enim aptari potest. numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui quod declinabitur sic *quis cuius cui quem a quo* uel *a qui* et pluraliter *qui quorum quibus quos a quibus*. genere feminino *quae cuius cui quam a qua* et pluraliter *quae quarum quibus quas a quibus*. genere p. 172 M. neutro *quod* uel *quid cuius cui quod* † *a quo* et pluraliter *quae quorum quibus quae a quibus*· sane *quod* quando interrogamus nominatiuum uel accusatiuum casum nominis regit. *quid* genetiuum· dicimus enim *quod aurum est* uel *quod aurum abstulisti*· *quid aurum* non dicimus sed *quid auri*·

§. 14. *Quid* pronomen infinitum personae indefinitae numeri utriusque in ceteris ita declinatur ut *quis*·

§. 15. Iam uero *quantus quanta quantum* pronomina indefinita personae indefinitae

---

§. 8. 44 B. ante *quod* add. *et uocatiui*, quae V. recte omisit. — 45 *ii* excidit B; an *hii?*
§. 10. 55 *tamquam* V. — 56 *superiora* deest B.
§. 12. 58 *S*, pro *se* B. — 59 *animadversus* B. — 60 pro *uocatiuo* male *nominatiuo* V; cf. §. 6. — 61 *pudet* B.
§. 13. 64 *nom. sing.* pro *num. sing.* B. — 69 *regit* deest B.
§. 14. 71 *indifinita* B, ut paullo post.

ita ut similia nomina declinantur id est *iustus iusta iustum*. hoc modo etiam *tantus tanta tantum* quae pronomina finita sunt·

§. 16. Sic et alia infinita sunt *quotus quota quotum* et eorum finita *totus tota totum*· quae sex pronomina ordinis sunt [15] numeri utriusque· infinitum *quot* et finitum *tot* [15] numeri sunt tantum pluralis et per casus non flectuntur·

§. 17. *Qualis* pronomen infinitum et finitum eius *talis* masculini et feminini generis sunt et ita ut similia declinantur. ut *agilis* uel *facilis*. neutrum autem ipsorum id est *quale* uel *tale* ita ut *agile* uel *facile*·

§. 18. *Cuius* pronomen infinitum personae indefinitae possessiuum. tanquam cum dicimus *cuius seruus est*. figurae simplicis generis masculini numeri singularis quod ita declinabitur *cuius cui cuio cuium a cuio* et pluraliter *cui cuiorum cuiis cuios a cuiis*. sed haec declinatio plus artis quam pudoris gerit· nam nimis uetus est et a nostra consuetudine repudiata· ita et in genere feminino *cuia* declinatur ut *tabula*. *cuium* ut *lignum*. sed etiam ista quamuis in eis auctoribus repperiantur qui sunt in manibus et in ore omnium· tamen consuetudo contempsit· per unum enim pronomen id est *cuius* uel *quorum* omnia infinita possessiua significantur· dicimus enim *cuius* uel *quorum seruus* siue *ancilla* siue *templum*. sed quod fatendum est cum molestia discernendae ambiguitatis in genitiuo singulari. quando *cuius* dicimus et in plurali quando *quorum*· *cuius* enim et *quorum* quando possessiua sunt per casus non flectuntur·

§. 19. [16] *Meus* pronomen finitum personae primae possessiuum generis masculini [16] numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur sic *meus mei meo meum meus a meo* et pluraliter *mei meorum meis meos mei a meis*. secundum regulam similis nominis tanquam si *reus* declinetur· ergo genere feminino *mea* sicut *rea* neutro *meum* sicut *reum*·

§. 20. *Noster* pronomen finitum personae primae possessiuum numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui ita declinatur ut nomen simile quod est *niger* et in ceteris generibus *nostra nostrum* ut *nigra nigrum*·

§. 21. *Tuus tua tuum* pronomina finita personae secundae ita in ceteris declinantur ut *meus mea meum*.

---

§. 16. 76 *sunt* ante *quotus* add. B. — *sunt*, quod habet B. ante *totus*, recte omisit V. — 77 B. *ordinis sunt numer.* (sic) *infin.*; cf. Pompei Comment. p. 243 sq. A. Mai ex V. sine sensu *ordinis sunt. Numeri: infinitum* etc. Post *numeri* excidit *utriusque*. — *qd* pro *quot* B.

§. 17. 80 Post *similia* excidisse videtur *nomina*. — 81 *tale vel quale* B.

§. 18. 82 *tamquam* V. — 84 *cui* an *cuii?* — *cuiorum* bis in B. — 85 In v. *pudoris* Mai offendisse videtur; sic legitur in B. et V; an *moris?* vel *auctoris*, cf. supra II fin. — *minus* pro *nimis* B. — 88 *contemsit* V. — 90 *discerne* B. — 91 *cui* pro *cuius* B.

§. 19. 95 *meus a meo*. Diomed. I p. 318 P. (p. 331 K.) *secundum regulam mi.* — *meis meor.* pro *mei* B. — 96 *tamquam* V. — 97 *neutrum* V. *reum sicut meum* B.

§. 20. 99 *quod et niger* V. — 100 *ceteribus* B.

§. 21. 101 *secundae personae* B.

§. 22. Item *suus sua suum* pronomina finita possessiua personae tertiae ita ut *tuus tua tuum* declinantur·

§. 23. *Vester uestra uestrum* pronomina finita personae secundae possessiua ita declinantur ut *noster nostra nostrum*.

[17] §. 24. [17] *Cuias* pronomen infinitum personae indefinitae possessiuum gentile generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui quod declinabitur sic *cuias cuiatis cuiati cuiatem* et *cuias* neutrum *a cuiate* et pluraliter *cuiates* et *cuiatia cuiatium cuiatibus cuiates* et *cuiatia a cuiatibus*· cum autem quaerimus *cuias* est. cuius gentis est quaerimus hic homo uel mulier uel frumentum. et *cuiatis* hominis uel mulieris uel frumenti pretium aestimasti· simili ratione ceteri casus intellegendi sunt·

§. 25. *Nostras* pronomen finitum personae primae possessiuum gentile generis omnis numeri singularis figurae simplicis casus nominatiui et uocatiui quod declinabitur p. 173 M. sic *hic* et *haec* et *hoc nostras huius nostratis huic nostrati* †*hunc* et *hanc nostratem* et *hoc nostras o nostras ab hoc* et *ab hac* et *ab hoc nostrate* et pluraliter *hi* et *hae nostrates* et *haec nostratia horum* et *harum* et *horum nostratium his nostratibus hos* et *has nostrates* et *haec nostratia o nostrates nostratia ab his nostratibus*· hac ratione facit *uestras uestratis uestrati* et cetera· quod pronomen est secundae personae. sed huius auctorem. in cuius libris inueniatur. non habemus tanti ponderis. ut inperitorum consuetudini per eum resistere ualeamus· nam duorum superiorum ipse Tullius auctor est·

[Cap. IV.]

De Verbo.

[18] §. 1. [18] *Verbum* est pars orationis cum tempore et persona sine casu· uerbo accidunt *genus numerus figura persona modus tempus coniugatio forma*·

§. 2. *Genus* in uerbis non sexu consideratur sed grammaticorum praeiudicante consuetudine· genus uerbi dicitur quod uel *Actiuum* uel *Passiuum* uel *Deponens* uel *Neutrum* uel *Commune* significatur· *Actiuum* dicunt quod *o* littera terminatur et accepta *r* littera *Passiuum* facit ut *scribo*. passiuum ergo *scribor*· *Deponens* est quod *r* littera terminatur qua deposita latinum non est neque uim actiui et passiui potest inplere ut est *luctor*· *Neutrum* est quod *o* littera terminatur et *r* si acceperit latinum non est ut est

---

§. 23. 105 *finitae secundae personae* B.

§. 24. 109 *cuiati* deest B. — *cuius (?) neutrum* V. — 110 Post *cuiatibus* addidi *cuiates* et *cuiatia a cuiatibus*. — *cuius est* B. — 111 *quaerimus* ante *hic* ex V, qui praeterea inter *quaerimus* et *hic* addit *homo, cuias est*.

§. 25. 114 *numerus* B. — 116 et *ab hoc* ex V, desunt B. — 118 *haec rat.* B. — 119 *cetera. Quod* B. — 120 *auctorem*; cf. Charis. II p. 133 P. (p. 159 K.) et Priscian. XVII, 19, 142. — *inpeditorum* B. V; correxit A. Mai.

§. 1. 2 *accedunt* B.

§. 2. 4 *uel* ante *Activ.* deest V. — 6 *scribe p. e. ut scrib.* B. — 7 *implere* V. B. — *est* post *ut* deest B. —

fulgeo· *Commune* est quod *r* littera terminatur et uim actiui atque passiui habet ut est *criminor·* dicimus enim *criminor illum criminor ab illo* tanquam *scribo illum et scribor ab illo·* sunt alia uerba quae in nullam memoratarum syllabam exeunt sed inter neutra F. 11.a. deputantur ‖ ut *odi noui memini.* item *sum prosum possum·*

§. 3. *Numerus* singularis uerborum est ut *scribo.* pluralis ut *scribimus·*

§. 4. *Figura* simplex ut *scribo.* conposita ut *describo·*

|19| §. 5. [19] *Persona* prima ut *scribo.* secunda ut *scribis.* tertia ut *scribit·* sunt etiam uerba quae *Inpersonalia* dicuntur. quae quasi in tertiis personis manserunt· horum alia sunt quae a personabilibus trahuntur ut *scribitur legitur curritur.* alia quae suum genus possident ut *pudet taedet poenitet libet·* non enim latinum est *pudeo* aut *pudeor* aut *pudes* aut *puderis* et similia· cum autem declinantur· additis personis pronominum percurrenda sunt ut *curritur a me a te ab illo a nobis a uobis ab illis currebatur a me a te ab illo a nobis a uobis ab illis* et cetera. item *pudet me te illum nos uos illos* et talia.

|20| §. 6. [20] *Modi* uerborum ab aliis plures ab aliis pauciores numerantur· salua tamen ratione declinandi nobis illi placent. qui pauciores notauerunt id est *Indicatiuum Imperatiuum Coniunctiuum Optatiuum Infinitiuum·* *Indicatiuus* est per quem aliquid adfirmamus ut *scribo scribebam scripsi scripseram scribam·* *Imperatiuus* per quem ut aliquid fiat conpellimus ut est *scribe scribite·* *Coniunctiuus* cui praeponitur *cum* et quo enunciato pendet adhuc sententia et aliquid coniungendum manet ut est *cum scriberem·* *Optatiuus* per quem optamus ut est *utinam scribam·* *Infinitiuus* qui neque numeris neque personis certus est et aliquando nec tempore ut *scribere scripsisse.* — *De Temporibus·*

|21| §. 7. [21] *Tempora* uerborum tria sunt *Praesens* ut *scribo* *Praeteritum* ut *scripsi* *Futurum* ut *scribam·*

§. 8. *Coniugationes* sunt tres prima secunda tertia· *prima* est quae indicatiuo modo in praesenti tempore numero singulari secunda persona *a* habet ante nouissimam litteram. in passiuis autem ante nouissimam syllabam ut *clamas clamaris uocas uocaris·* *secunda* est quae modo supradicto et tempore nu|mero et persona *e* habet productam ante p. 174 M. nouissimam litteram. in passiuis autem ante syllabam ut *mones moneris doces doceris·* *tertia* est quae in eodem loco actiui *i* habet correptam. in passiuis autem *e* correptam ante nouissimam syllabam ut *scribis scriberis legis legeris·* est *tertia producta* quae

---

10 *tamquam* V. — *ut scribor* V. — 11 *quae non nullam* B. — 12 *praesum* V.

§. 4. 14 Scripsi *conposita.*

§. 5. 16 *Inpersonalia* B. V. — 18 *paenitet* V. — *pedeo ut pudeor ut pudes* B. — 19 *percurrenda* non corruptum, cf. infra IV §. 34. Sic et *omnes partes orationis decursae a nobis sunt* apud Augustin. pseudon. p. 2017 Putsch. — 21 *non uos* B.

§. 6. 24 *infinitum* V. — 25 *ud aliq.* B. — 26 *conpellimus* B. V. — *est* deest V. — 27 *et aliquid* desunt B. — *monet* B. — *ut est* scripsi; B. V. *id est.* — *Obtatiuus* B. — 28 *id est* B. — *Infinitus* B. V, quod correxi. — 29 *certis* V. — *aliq. ut temporum* B.

§. 8. 33 *numeri* V. — 35 *productum* B. — 37 *est* deest V. — *correptum* B, ut post. — *vero* pro *autem* V. — 38 Inter *est* et *tertia* v. *et* ex-

dicitur. quam nonnulli distinctius *quartam* uocant· haec eisdem locis *i* productam habet ut *audis audiris nutris nutriris·* dinosci autem facile potest animaduerso imperatiuo modo· nam cum uerbum est huius quartae coniugationis. imperatiuus modus in *i* exit ut *audi nutri·* futurum autem tempus indicatiui modi prima et secunda coniugatio in *bo* syllabam mittit. tertia correpta in *am.* tertia producta siue quarta eam dici placet et in *am* et in *bo·* dicimus enim prima *clamabo uocabo.* secunda *mouebo docebo.* tertia *scribam legam.* quarta et *audiam* et *audibo* et *nutriam* et *nutribo.* quae syllaba in passiuis in *bor* et *ar* commutatur ut *clamabor monebor scribar audiar* et *audibor·*

|22| §. 9. [22] *Formae* uerborum sunt quattuor· prima *Perfecta* est a qua tres ceterae deriuantur· *Inchoatiua* enim est *calesco* cuius *Perfecta* est *caleo·* *Meditatiua* est *parturio* cuius *Perfecta* est *pario·* *Frequentatiua* est *cursito* cuius *Perfecta* est *curso·*

§. 10. *Declinantur* autem uerba hoc modo· *scribo* uerbum actiuum temporis praesentis personae primae coniugationis tertiae quod declinabitur sic *modo indicatiuo* tempore praesenti numero singulari personis omnibus *scribo scribis scribit* et pluraliter *scribimus scribitis scribunt·* eodem modo tempore praeterito specie inperfecta *scribebam scribebas scribebat scribebamus scribebatis scribebant·* eodem modo eodem tempore specie perfecta *scripsi scripsisti scripsit scripsimus scripsistis scripserunt* uel *scripsere·* eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *scripseram scripseras scripserat scripseramus scripseratis scripserant·* eodem modo tempore futuro *scribam scribes scribet scribemus scribetis scribent·*

§. 11. *Imperatiuo modo* tempore praesenti a secunda et tertia persona tantum. haberi namque prima negatur. *scribe scribat scribite scribant·* sunt qui et primas addunt singulari numero *scribam.* plurali *scribamus.* sunt qui singulari non addunt et plurali addunt· eodem modo tempore futuro singulari *scribito scribito* plurali *scribitote scribunto·*

|23| §. 12. [23] *Modo coniunctiuo* tempore praesenti singulariter *cum scribam scribas scribat* pluraliter *cum scribamus scribatis scribant·* eodem modo tempore praeterito specie inperfecta *cum scriberem scriberes scriberet cum scriberemus scriberetis scriberent·* eodem modo eodem tempore specie perfecta *cum scripserim scripseris scripserit cum*

---

cidisse videtur. — 39 *quamquam* V. — *non non nulli* per errorem Mai. — *isdem* B. *hisdem* V. scripsi *eisdem.* — *productum* B. — 41 *quarta* B. — *imperatiuis modis* B. — 43 *et* ante *in am* deest V. — 44 B. addit *a* ante *secunda* — *tertia* — *quarta.* — 46 *commutabor* B.

§. 9. 47 *quattuor,* cf. Pompei. Comment. p. 276 sq. — 48 *dirivantur* B.

§. 10. 50 *quae declin.* B. — 53 *perfecta* B. *inperfecta* V. — 54 *eodem tempore* V. — *temp. praeterito* B. — 55 *scribsi, scribsisti* etc. V. — 57 *scribserant* V.

§. 11. 59 *ad secundam et tertiam* V; fortasse et *a* delendum. — *personam* V. B. — *tantum habere*; *namque* V; *habere nunquam* B; aliter distinxi et scripsi *haberi* pro *habere,* nisi malis postea *primam.* — 61 *singulariter non addant* B. — *plur. addant* B. V. — 62 *singulariter* V. — *scribit, scribito* B. — *pluraliter* V. — *scribunt* V.

§. 12. 63 *singulari* B. — 64 *plurali* B. — 65 *inperfecta* B. V. — 66 *scribserim* etc. —

scripserimus scripseritis scripserint· eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *cum scripsissem scripsisses scripsisset cum scripsissemus scripsissetis scripsissent·* eodem modo tempore futuro *cum scripsero scripseris scripserit cum scripserimus scripseritis* ‖ *scripserint·* sane sciendum est in omnibus uerbis indicatiui modi addi posse *cum* et ab
F. 9, b. hoc eum in coniunctiui conditionem uerti·

§. 13. *Modo optatiuo* tempore praesenti *utinam scriberem scriberes scriberet utinam scriberemus scriberetis scriberent·* eodem modo tempore praeterito specie perfecta *utinam scripserim scripseris scripserit utinam scripserimus scripseritis scripserint·* eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *utinam scripsissem scripsisses scripsisset utinam scripsissemus scripsissetis scripsissent·* eodem modo tempore futuro *utinam scribam scribas scribat utinam scribamus scribatis scribant·* sunt qui † putant p. 175 M.
istum modum non habere praeteriti temporis perfectam speciem. quod quasi nemo optet quod iam perfectum est· quod si uerum esset· multo magis habere non debuit plusquamperfectum· sunt item qui negent habere inperfectum ut a nobis modo declinatum est· sunt uero qui quod nos ista declinatione praesenti tempori tribuimus. hoc inperfectae speciei praeteriti temporis tribuant. et quod nos futuro. hoc illi praesenti tempore declinent· sed cum res in aperto sit. de appellationibus certare superfluum est·

§. 14. [24] *Modo infinitiuo* numeris temporibus et personis *scribere* solo tempore [24]
finito praeterito *scripsisse* futuro *scriptum ire·* eodem modo quarta specie *scribendi scribendo scribendum scriptum scriptu.* quemadmodum participalem a nonnullis uocari conperi·

§. 15. *Participia* ueniunt a uerbo actiuo duo. praesentis temporis ut *scribens.* futuri ut *scripturus·*

§. 16. Fiunt de uerbo nomina quae *uerbialia* dicuntur. unum quod est generis masculini et neutri ut *scriptor* et femininum mittit in *trix* ut *scriptrix·* alterum est generis tantum feminini ut *scriptio.* quae nomina magis a participio praeteriti temporis flectuntur· ab eo enim quod est *scriptus* mutata *us* syllaba in *or scriptor* facit. in *io scriptio·* sed

scribsissem — scribsero — scribserim V. — 68 *scripsemus, scripsetis* B. — 70 *in* ante *omnibus* deest V. — *modo* B. — 71 *eum* i. indicativum; *eam* V.

§. 13. 74 *scribserim — scribsisset* V. — 78 *oportet* B. — 79 *non habuit* B. — 80 *inperfectum* B. V, ut postea. — 81 *tempore* B. — 82 *eut quod,* ex quo Oehl. *aut* voluit. — 83 *apellat. superfl.* sine *certare* B.

§. 14. 84 *infinito* B. — 85 *scribsisse fut. scribtum* V. — *a* add. ante *quarta* B. — 86 *scribtum* V, in quo deest *scriptu.* — *participalem,* ut Varro L. L. IX (X), 2 p. 564 Sp., quam *participialem* dicit Quintil. I. O. I, 4 fin. et Charis. V p. 256 P. p. 291 K. — 87 *conperi* B.

§. 15. 88 *du* B. — 89 *scribturus* V.

§. 16. 90 *debuerbo nimia* B. — *uerbialia,* ut tres Codd. apud Diomed. I p. 324, 11 (p. 310 P.), ubi K. tamen habet *verbalia;* cf. et Cledon. Art. p. 1892 P. — 91 *scribtor — scribtrix* V. — 92 *scribtio* V, ut postea *scribtus.* — *flectuntur* deest B. — 93 *scribtor,* ut post *scribtio* V. *scriptior* B. —

multa propter asperitatem non faciunt ex illo primo genere femininum neque neutrum pluraliter· ab eo enim quod est *pressor* nemo dicit *prestrix* aut *prestricia* facit· tamen *tonsor tonstrix.* tanta est uis auctoritatis et consuetudinis in loquendo·

[25] §. 17. [25] *De Verbo Passiuo· Verbum Passiuum* declinatur hoc modo· *scribor* uerbum passiuum temporis praesentis personae primae coniugationis tertiae quod declinabitur sic *modo indicatiuo* tempore praesenti *scribor scriberis scribitur scribimur scribimini scribuntur·* eodem modo tempore praeterito et specie inperfecta *scribebar scribebaris scribebatur scribebamur scribebamini scribebantur·* eodem modo eodem tempore specie perfecta *scriptus sum es est scripti sumus estis sunt* et ulteriore perfecta *scriptus fui fuisti fuit scripti fuimus fuistis fuerunt* uel *fuere·* eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *scriptus eram eras erat scripti eramus eratis erant* et ulteriore plusquamperfecta *scriptus fueram fueras fuerat scripti fueramus fueratis fuerant·* eodem modo tempore futuro *scribar scriberis scribetur scribemur scribemini scribentur·*

§. 18. *Modo imperatiuo* tempore praesenti *scribere scribatur scribimini scribantur·* eodem modo tempore futuro *scribitor scribitor scribiminor scribuntor·*

[26] §. 19. [26] *Modo coniunctiuo* tempore praesenti *cum scribar scribaris scribatur cum scribamur scribamini scribantur·* eodem modo tempore praeterito specie inperfecta *cum scriberer scribereris scriberetur cum scriberemur scriberemini scriberentur·* eodem modo eodem tempore specie perfecta *cum scriptus sim sis sit cum scripti simus sitis sint* et ulteriore specie perfecta *cum scriptus fuerim fueris fuerit cum scripti fuerimus fueritis fuerint·* eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *cum scriptus essem esses esset cum scripti essemus essetis essent* et ulteriore specie plusquamperfecta *cum scriptus fuissem fuisses fuisset cum scripti fuissemus fuissetis fuissent·* eodem modo tempore futuro *cum scriptus ero eris erit cum scripti erimus eritis erunt* et ulteriore futuro *cum scriptus fuero fueris fuerit cum scripti fuerimus fueritis fuerint·*

[27] §. 20. [27] *Modo optatiuo* tempore praesenti *utinam scriberer scribereris scriberetur utinam scriberemur scriberemini scriberentur·* eodem modo tempore praeterito specie
p. 176 M. perfecta *utinam scriptus sim sis sit utinam scripti simus sitis sint·* † ulteriore perfecta

94 *genus* B. — 95 *praessor* ut postea *praestrix* V. — *dicit* et *aut prestricia facit* desunt B. — 96 *tantae* V. *tantes* sine *est* B. *tantesuis* P, unde et Miller. p. 578 coniecit *tanta est uis.* — *uis* deest V. — *loquendi* B.

§. 17. 100 *Eod. mod. temp. praeter. — scribebantur* omissa B. addidit in marg. V, qui h. l. post *scribuntur* habet *modo imperatiuo — scribuntur,* quae in B. recte infra leguntur, pergit *modo coniunctiuo temp. praeter.* pro *eodem modo.* — *praeter. specie* V. — *inperfecta* B. V. — 101 *scribatur* B. pro *scribebatur.* — 102 *scriptus sum — ulteriore perfecta* desunt V. — *scribtus,* ut postea, V. — 103 *scripti — erant* desunt B. — 104 *plusquam perfecto* B. — 106 *scribor* V.

§. 18. 107 *temp. praes.* desunt V. — *scribemini* B. V, quod correxi. — 108 *scribitor* semel in B. V; bis scripsi.

§. 19. 109 *praesenti* deest B. — 113 *inperfecta* B. V. — 114 *scribtus,* ut postea, V. — *cum* ante *scriptus* deest V. — 117 *erimus eris* B. — *erint* V.

§. 20. 120 *mo* pro *modo* B. — 121 *scribtus,*

utinam scriptus fuerim fueris fuerit utinam scripti fuerimus fueritis fuerint· eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *utinam scriptus essem esses esset utinam scripti essemus essetis essent.* ulteriore plusquamperfecta *utinam scriptus fuissem fuisses fuisset utinam scripti fuissemus fuissetis fuissent·* eodem modo tempore futuro *utinam scribar*
F. 12,a. *scribaris scribatur utinam scribamur scribamini* ‖ *scribantur·*

§. 21. *Modo infinitiuo* numeris temporibus et personis *scribi.* solo tempore finito praeterito *scriptum esse.* ulteriore praeterito *scriptum fuisse.* futuro *scriptum iri·*

§. 22. *Participia* ueniunt a uerbo passiuo praeteriti temporis ut *scriptus.* futuri *scribendus·*

§. 23. [28] *Neutrum* uerbum quod in *o* exit ita ut actiuum declinatur. *deponens* [28]
uero et *commune* ita ut passiuum. nisi quod a uerbo deponenti participia tria ueniunt praesens praeteritum et futurum ut *luctans luctatus luctaturus.* a communi autem quattuor praesens ut *criminans.* praeteritum ut *criminatus* et duo futura ut *criminaturus criminandus·*

§. 24. *Verba* quae in *i* exeunt ut *odi noui memini* declinantur hoc modo· *odi* uerbum neutrum numeri singularis figurae simplicis temporis praesentis personae primae coniugationis nullius. quod declinabitur sic *modo indicatiuo* tempore praesenti *odi odisti odit odimus odistis oderunt* uel *odere·* eodem modo tempore praeterito specie inperfecta *oderam oderas oderat oderamus oderatis oderant·* perfectam speciem et plusquamperfectam non habet. futurum tempus habet quod est *odero oderis oderit oderimus oderitis oderint· imperatiuum* modum non habet. *modo coniunctiuo* tempore praesenti *cum oderim oderis oderit cum oderimus oderitis oderint·* cetera coniunctiui modi non habet. *modo optatiuo* tempore praeterito *utinam odissem odisses odisset utinam odissemus odissetis odissent.* eodem modo tempore futuro *utinam oderim oderis oderit utinam oderimus oderitis oderint.* cetera optatiui non habet. *modo infinitiuo* numeris et personis solo tempore finito praeterito *odisse·* cetera non habet nisi forte *osum ire* dici possit· *participium* facit unum futuri temporis *osurus* et unum praeteriti *osus.* quod tamen uim praesentis tenet et omnino praesens habendum est propter uim uerbi neutri. a quo praeteritum participium non uenit· et manifestum est cum dicimus *osus illum sum.* pro eo nos dicere quod est *odi illum.* tanquam cum dicimus *fulgens sum* nihil aliud quam *fulgeo* dicimus.

---

ut postea, V. — *utinam scriptus — ulteriore perfecta* B. in marg. — *scripsimus* pro *scripti simus* B. — 122 *fueris fuerint* B.

§. 21. 127 *infinito* B. — 128 *scribtum*, ut postea, V.

§. 22. 130 *ut scribendus* V.

§. 23. 132 *com* pro *commune* B. — 133 *commune* pro *a communi* B.

§. 24. 137 *neutri* B. — 137 *praes.* B. — 139 *inperfecta* B. V. — 144 *utinam odisse* B. — 146 *infinito* B. V. — 147 *finita praet.* B. — 148 *unum* ante *fut.* deest B. — *praeteritum* V. — 149 *neutrum* B.

uel potius *scribens sum illum* nihil quam *scribo illum* dicimus· quam ob rem ista uerba. quamuis propterea neutra dicta sunt. quod passiua non faciant. tamen quia adiunguntur accusatiuis casibus (dicimus enim *odi illam rem* et *noui illam rem* quemadmodum *scribo illam rem*) uim actiui tenent. et omnino arbitror actiua appellanda et eadem more suo ut in multis deficiunt ita deficere ne faciant passiua·

[29] §. 25. [29] *Memini* simile uerbum est et similiter declinatur excepto eo quod imperatiuum futuri temporis facit quod est *memento.* tanquam et praeteriti temporis faciat quod est *meminerit* et declinantur ipsa imperatiua more superiorum uerborum. et quod unum participium facit quod est *menienturus·*

§. 26. *Noui* simile uerbum est et ita declinatur ut *odi* nisi quod participium praesens tantum habet et simile praeterito quod est *notus* quemadmodum *osus.* sed quia et *notus est mihi* et *notus sum illi* dicimus. *osus sum* autem *illi* negatur posse dici. uidetur etiam hinc esse dissimile·

[30] §. 27. [30] Verba quae in *um* syllabam exeunt ut *sum possum* hoc modo declinan-
p. 177 M. ✝tur· *sum* uerbum neutrum numeri singularis figurae simplicis temporis praesentis personae primae coniugationis nullius. quod declinabitur sic *modo indicatiuo* tempore praesenti *sum es est sumus estis sunt·* eodem modo tempore praeterito specie inperfecta *eram eras erat eramus eratis erant·* eodem modo eodem tempore specie perfecta *fui fuisti fuit fuimus fuistis fuerunt* uel *fuere·* eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *fueram fueras fuerat fueramus fueratis fuerant·* eodem modo tempore futuro *ero eris erit erimus eritis erunt·*

§. 28. *Modo imperatiuo* tempore praesenti *es sit este sint·* eodem modo tempore futuro *esto esto estote sunto·*

§. 29. *Modo coniunctiuo* tempore praesenti *cum sim sis sit cum simus sitis sint·* eodem modo tempore praeterito specie inperfecta *cum essem esses esset cum essemus essetis essent·* eodem modo eodem tempore specie perfecta *cum fuerim fueris fuerit fuerimus fueritis fuerint·* eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *cum*

— 151 *tamquam* V. — 153 *praeterea* V. — *faciant* an *faciunt?* — *quae adiunguntur* V. *quia adiungitur* B. — 154 *accusat.* B. — *casibus* V. *cusib.* B, ex quibus Oehl. coniecit *actiua.* — *dicimus* semel V. *dicimus. Dicimus.* B. Addidi signa parenthesis. — 155 *tenerit* B. — *appellari easdem* B. *appellanda et* sine *eadem* V. — 156 *dificere* B.

§. 25. 158 *tamquam* V. — 159 *meminerit* an *memineris?* cf. Charis. III p. 229 P. (p. 258, 16 K.) — *superiore superiorum* ex dissographia B. — 160 *menienturus* nusquam legitur; an voluit *meminens?*

§. 26. 162 *quod notus* V. — 163 *notus mihi* sine *est* B. — *dicti* B.

§. 27. 167 *indeclinatiuo* B. — 168 *imperfecta* B. — 169 *eo modo* B. — 170 *eodem* ante *temp.* deest B. — 171 *eodem — erunt*, quae in B. et V. desunt, addidi.

§. 28. 173 *essit* B. V. — *essint* B. V, quod A. Mai passus est, correxi. Diomed. I p. 355, 19 P. (p. 360, K.). *Imperatiua instantis es sit, pluraliter simus este sint.*

§. 29. 176 *speciae* B. — 177 *speciae* B. — 178 *Eod. m. eod. t. sp. plusquam. — fuerint* desunt

fuissem fuisses fuisset cum fuissemus fuissetis fuissent· eodem modo tempore futuro *cum ero eris erit cum erimus eritis erint.* futuro ulteriore *cum fuero fueris fuerit cum fuerimus fueritis fuerint·*

§. 30. *Modo optatiuo* tempore praesenti *utinam essem esses esset utinam essemus essetis essent·* eodem modo tempore praeterito specie perfecta *utinam fuerim fueris fuerit utinam fuerimus fueritis fuerint·* eodem modo eodem tempore specie plusquamperfecta *utinam fuissem fuisses fuisset utinam fuissemus fuissetis fuissent·* eodem modo tempore futuro *utinam sim sis sit utinam simus sitis sint·*

§. 31. *Modo infinitiuo* numeris temporibus et personis *esse* solo tempore finito praeterito *fuisse* futuro *fore·* in quarta specie deficit et in participio praesentis temporis. sed docti quidam temporis recentioris cum haberent necessitatem magna et diuina quaedam interpretandi explicandique et *essendi* et *essendo* et *essendum* et *essens* dixerunt. quemadmodum *scribendi scribendo scribendum scribens·*

§. 32. [31] *Possum* simile uerbum est. eodem modo declinatur. sed de secunda persona imperatiui dubitatur. et quod illa uerba in quarta specie deficiunt. nemo extitit qui etiam in hoc uerbo nouaret· in participiis autem uidetur *potens* huius uerbi esse participium praesentis temporis. sed rectius nomen esse intellegitur· ab eo enim quod est *sum* participium futuri temporis est cum *futurum* dicimus· [31]

§. 33. Sane inuenta coniugatione facilius uerba declinantur excepta praeteriti temporis specie perfecta et plusquamperfecta. et tempore futuro modi coniunctiui. et infinitiui praeterito futuro et participiis futuro ab actiuo et a neutro et omni praeterito· quam ob rem *tres* sunt in declinatione uerborum *connexiones.* quarum singulae retinent
F. 12, b. uerba plura ita sibi connexa ut unum horum si fuerit inuentum cetera facillime inueniantur·

§. 34. Harum *connexionum prima* dicitur *a coniugatio.* quae ob hoc artificialis est. aliae duae ab auctoritate uel probata consuetudine· [32] nam inuenta consuetudine [32]
uerbi simul inueniuntur haec uerba. uelut in *prima coniugatione. clamo clamabam clamabo clama clamato clamem clamarem clamare clamandi clamando clamandum* et

---

B. — 180 *erint* observes hanc formam; an pro *erunt?* cf. IV, 19. Formae coniunctiui futuri *ero — erint* ap. Prob. in Art. min. non leguntur.

§. 31. 187 *infinito* V. — 189 *magnam* B. — *quaedam* deest B. — 190 *explicandi* sine *que* B. — *et* ante *essens* deest B. — *eo modo* B.

§. 32. 193 *in* scripsi pro *vel* et addidi *deficiunt.* — 194 *quia* B. — 196 *est. Cum futuri dicimus sane* etc. B.

§. 33. 198 *futuri modo* B. — 199 *infiniti* B. V. Inter *praeter.* et *futuro* fort. *et* addendum. — *futuro* bis B. Pro *neutro* exspectatur *passiuo.* — 200 *clinatione* B. — *conexiones*, ut semper postea V. Doctrinam de connexionibus novam apud alios ante Augustinum non inveni. — 201 *conexa* V. *connexe* B.

§. 34. 206 *clamabo clamo clamabam* B. — *cla-*

participia *clamans clamandus·* horum si unum inuentum fuerit. non potest nisi prima esse coniugatio· et ita declinantur haec uerba omnia et participia quae memorauimus in omnibus primae coniugationis· *secundae coniugationis* haec sunt ad primam connexionem pertinentia *moneo monebam monebo mone.* producta *e. moneto moneam monerem monere*
p. 178 M. *monendi monendo monendum* et participia *monens* et *monendus.* sed haec † quinque ultima et inperfecta species indicatiui communia sunt secundae et tertiae coniugationis· *tertiae* itaque *coniugationis* haec sunt ad eandem connexionem pertinentia *scribo scribebam scribam scribe.* sed *e* correpta. *scribito scribam scriberem scribere scribendi scribendo*
[33] *scribendum* et participia *scribens scribendus·* [33] *quartae coniugationis* haec sunt ad eandem connexionem pertinentia *audio audiebam audibo* uel *audiam audi audito audiam audirem audire audiendi audiendo audiendum* et participia *audiens* et *audiendus·* sed ea uerba quae quarta coniugatione *e* habent ante *o.* qualia sunt *eo* et *ineo.* aliquantum diuersa sunt· itaque ista hoc modo sunt *ineo inibam ineundi ineundo ineundum* et participium *ineundus·* cetera similia sunt superiori declinationi·

§. 35. *Secunda* est quae a praeterito perfecto indicatiui modi sumit initium. cuius uerba sunt haec *clamaui clamaueram clamauerim clamauissem clamauisse. monui monueram monuerim monuissem monuisse. scripsi scripseram scripserim scripsissem scripsisse. audiui audiueram audiuerim audiuissem audiuisse* uel *audii audieram audierim audissem audisse·* hae namque syllabae *ua ue ui uo uu* crassius sonant et propter aurium suauitatem subtrahi solent uel totae. ut cum dicimus *clamaram* non *clamaueram.* uel *u* tantum detracta tenuari. ut hoc quod dictum est *audieram* pro *audiueram·*

§. 36. *Tertia connexio.* a qua res ceterae describuntur. ab infinitiuo quartae speciei. quod ultimum in declinatione est. sumit initium· ad hanc connexionem pertinet unum hoc uerbum et participium futuri ab actiuo et praeteriti et nomina uerbialia. quae sunt haec *clamatum clamatus clamaturus clamator clamatio. monitum monitus moniturus monitor monitio. scriptum scriptus scripturus scriptor scriptio. auditum auditus auditurus auditor auditio·*

---

memus V. — *clamande* pro *clamando* B. — 209 *primis* B. V. quod correxi. — *coniugationis* B *coniugationibus* V. — *coniugationem* pro *connex.* V. — 210 *producto* B. — *monebo* V. — *cum* pro *moneam* V. — *monere* addidi. — 212 *ultima* deest B. — *inperfectae spec. indicatiui* B. — 214 *correptum* B. — 215 *Quarta* B. — 216 *audibam* pro *audiam* B. — *audiam* ante *audirem* addidi. — 217 *audissem* pro *audirem* B. — 219 *ineundi* pro *ineundo* B. — 220 *et cetera* V. — *declinatione* B.

§. 35. 221 *Secunda* supple *connexio.* — *praeterperfecto* B. — 222 Post *clamavissem* excidisse videtur *clamavero*, ut *monuero* etc. in reliquis. — 223 *scribsi*, ut postea semper, B. — 224 *audieram audierim* B. — 225 *sonans* B. — 226 *clamarem* ante *clamaram* add. B; an voluit *clamarim non clamaverim?* — *ut un tū detru Ctu* B. — *audieram* pro *audieram* male B.

§ 36. 228 *connexio (conex.) est* B. V. delevi *est.* — *describantur ubi inf.* B. — *infinito* B. V. — 229 *connexione* B. — 230 *futurum* B. — Addidi *et* ante *nomina.* — B. V. *praeteritum. Nomina.* — V. *verbi alia.* — 231 *quae* deest B. — 232 *scribtum ut post* V.

§. 37. Istae *tres connexiones* hanc habent uim. ut si cuius connexionis unum uerbum inueneris. cetera ad eandem connexionem pertinentia facile percurras modis numeris et personis· nam si uerba alterius connexionis ad alteram connexionem et regulam ducere uolueris. fallaris necesse est·

[Cap. V.]

De Adverbio.

§. 1. [34] *Aduerbium* est pars orationis uerbo adicienda. ut cum dicimus *fortiter fecit. mansuete uixit. hodie uenit. loco est. longe est. hic sedet. simul comitatur* et alia· nam *fecit uixit uenit sedet comitatur* uerba sunt. *fortiter mansuete hodie hic simul* aduerbia sunt· aduerbio accidunt *significatio conparatio figura*· [34]

§. 2. *Significatio* qua significant uel qualitatem ut *sapienter candide* uel quantitatem ut *magne granditer* uel tempus ut *hodie cras* uel locum ut *hic ibi* et alia pene innumerabilia· nonnulli addunt aduerbiis etiam qualitatem et recte· haec enim sicut pronomina uel finita sunt aduerbia uel infinita uel minus quam finita· *finita* sunt *fortiter hodie Romane. infinita* ut *quomodo quando ubi. minus quam finita* ut *sic tunc illic.*

§. 3. *Conparatio* accidit aduerbiis. quae de nominibus conparationem recipientibus ueniunt ut ab *hoc forti fortiter*· ergo quemadmodum *fortis fortior fortissimus.* ita *fortiter fortius fortissime.* et quemadmodum *castus castior castissimus.* ita *caste castius castissime*· itaque conparatiuus nominis generis neutri. nam *sanctius templum* nomen est. *sanctius dixit* aduerbium· in his hoc obseruandum est ut quaecunque nomina casum datiuum in *i* mittunt. inde aduerbia in *ter* exeant. ut *huic forti fortiter sapienti sapienter agili agili*┼*ter*· quaecunque autem datiuum casum in *o* mittunt. inde aduerbia exeunt in *e.* ut *huic magno magne casto caste docto docte*· p. 179 M.

§. 4. *Figura* aduerbiorum ut nominum et uerborum aut simplex est ut *sapienter* aut conposita ut *insipienter*·

[Caput VI.]

De Participio.

§. 1. [35] *Participium* est pars orationis cum casu et tempore et inde participium dictum. quod nominis uerbique participet· casum namque illinc tempus hinc traxit· [35]

§. 37. 234 *sicut con.* B. — *connexiones unam* B. — 235 *facile* deest B. — *percurrens* B. *percurres* V. correxi.

§. 1. 2 *fuit* pro *fecit* V. *facit* P. — *sed* pro *sedet* B. — 3 *uixit* deest B. — Post *uenit* excidisse videtur *est.* — *uidet* pro *sedet* V. — Post *hodie* desunt *loco longe.* — 4 *sunt* deest V. — *comparatio* V, ut postea.

§. 2. 5 *quae* B. — 6 *paene* V. — 7 An *aliam* pro *etiam*? — 8 *vel infinita* — *vel finita* V. — *ut* post *sunt* add. B. — 9 *Romae* V. B., quod corr. A. Mai.

§. 3. 11 *forte* V. — 13 *Ita* B. — *comparativus* B. V. — Post *neutri* excidisse videntur *et adverbium est.* — *sanctus a templ.* B. — 14 *quaecumque* V, ut post.

§. 4. 18 *Figure* B. — 19 *composita* B. V.

§. 1. 2 *uerbi qui* B. — *participet* (an *particeps* est?) *casum. Namque* B. — *illic* B. — 3 *scribturus* et postea *scribtus* V. — *ut script. scribend.* bis in B. — 4 *praeteritis* B. — *tamquam* ut post V. — 5 *est* post *quod* deest V. — 7 *tria* supple *participia.*

§. 2. 8 *nam cum cult.* B. — *participio* B. — 9 *veneror* B. — 10 *recepit* B. — *comparat.* V. ut post. — 12 *si* deest V; add. Mai. — *artetur* B. — 14 *Tullius*; cf. pro Caecin. 21. — 16 *cultum* B. V, quod correxi. — 17 *facis* B. — 18 *est* ante *cultus* deest B. — *ad* deest V. — 19 *fugere sicut* B.

§. 1. 1 *coniunctione accedit* B. — 2 *potestas est* B. — 3 *ne neque* B. — 4 *ratiocinator* B. — 6 *et causal.* B.

§. 2. 7 *deliberabant* B. — *quo* i. e. nomine. — 9 *et* ante *diffic.* deest B. — *illud. de coni.* B. —

sunt autem participia duo futuri temporis. unum praesentis· unum praeteriti. futuri temporis ‖ ut F. 13.a. *scripturus scribendus.* praesentis ut *scribens.* praeteriti ut *scriptus*· declinatur autem *scribens* tanquam nomen quod est *prudens.* nam est generis omnis· reliqua uero tria per omnia genera flectuntur tanquam *iustus iusta iustum*· eodem modo declinantur·

§. 2. Sunt quaedam participia eadem et nomina. ut *cultus sapiens.* ratione diuersa· nam *cultus* casu genetiuo discernitur· ut participium enim *huius culti* facit· uenit autem a uerbo uenerandi *color coleris colitur*· a nomine autem *huius cultus* facit· *sapiens* uero ideo etiam nomen dicitur. quod recipit conparationem· facit enim *sapiens sapientior sapientissimus.* quae ratio mihi non admodum placet· nam participia uidentur conparationem recipere. si loquendi consuetudo permittat uel hortetur auctoritas. sed tantum praeteriti temporis· nam duo futura non admittunt· quis enim non audet dicere *armatissimus.* quod Tullius ait· nec tamen *armaturior* aut *armandior* ab eo quod est *armaturus* et *armandus* dici potest. quod fatendum est. si cum tempore accipiantur participia· difficile uidentur posse conparationem recipere· nam et illud quod *cultus* dictum est facit *cultior* et *cultissimus.* sed si ad tempus praeteritum referas non facit· *cultus* enim *ager* ex ipso habitu suo est. *cultus* est autem. si ad tempus adtendas. praeterea utique actione cultoris· accidunt participiis etiam *figurae* sicut ceteris partibus orationis. simplex *ut scribens.* conposita ut *describens*·

[Cap. VII.]

De Coniunctione.

[36] §. 1. [36] *Coniunctio* est pars orationis adnectens ordinansque sententiam· coniunctioni accidit *potestas*· est uel quae copulat uerba ut *et que ac.* uel disiungit ut *aut uel nec neque.* aut explet ut *prorsus uidelicet scilicet quin etiam* et similia. aut quasi causam reddit ut *nam namque enim quamobrem itaque.* aut quasi ratiocinatur ut *ergo igitur propterea* et similia. et ideo partim *copulatiuae* dicuntur partim *disiunctinae* partim *expletiuae* partim *causales* partim *rationales*·

§. 2. Sed multae omnino coniunctiones sunt. de quibus diligenter Grammatici deliberant. quo istorum quinque nominum eas uocent. uel utrum aliae differentiae sint adiciendae· quam litem quia et longum et difficile est soluere. illud de coniunctionibus

breue praeceptum sit. ut cum legimus uiros locutionis auctoritate dignissimos. aduertamus quoque quo loco et in qua sententia poni soleant. ut consuetudine intellegendi bene coniunctionibus uti possimus· nam si quis quaerat quid sit *immo*. non facile dixerim quomodo ei uel definire uel interpretari hanc coniunctionem possimus· proferendo ergo multas sententias. in quibus posita est. miro quodam modo quid ualeat insinuamus cum quodam etiam gestu pronuntiandi. ut est *immo ait o ciues arrepto tempore Turnus cogite concilium* et *immo age et a prima dic hospes origine nobis*· nostrasque sententias ad tempus fictas adiungere utile est. *immo tu uade qui cogis alium. immo adeo rationi qui detrahere studes*· huic autem † coniunctioni utcunque uicinum est cum dicimus *potius* et *adeo*. et p. 180 M.
ad libros ut dixi redeundum est·

§. 3. *Figurae* in coniunctionibus sicut in ceteris partibus orationis obseruantur. nam simplex coniunctio est aut conposita.

§. 4. Atque *ordo* coniunctionum est per quem obseruatur quae praeponi tantum possit. quae tantum subiungi. quae et praeponi et subiungi· *nam* tantum praeponitur. *que* tantum subiungitur. *scilicet* et praeponitur et subiungitur· nam si quis quaerat uerbi causa *cui dicis*. respondemus *huic et tibi*· non possumus dicere *huic tibi et*· item respondemus *huic tibique*. non potest dici *huicque tibi*. respondere autem possumus *scilicet tibi* et *tibi scilicet*·

[Cap. VIII.]

De Praepositione.

§. 1. [37] *Praepositio* est pars orationis quae aut conponendis partibus orationis [37]
praeponitur. aut casibus duobus tantum accusatiuo aut ablatiuo aut utrique non conponendis sed ad certas significationes adiuuandis· itaque aliae praepositiones tantum conponuntur ut *di dis re am*· dicimus enim *diiudico discurro remoueo ambio*· aliae tantum casibus seruiunt ut *apud pone secundum ultra aduersum cis citra circa erga intra infra iuxta penes propter usque coram absque palam sine tenus*· ceterae et conponuntur et casibus seruiunt ut *adnuam* et *adduco* dicimus et *ad amicum*·

10 *sicut cum* B. V, quod correxi. — *dignissimos advert.* B. *dignissimos. Advertamus* V. — 11 *quae loca* B. V, quod correxi. *soleat* B. V. emendavi. — *intellegendae* B. — 12 *sit, immo* B. V, quod correxi. — 13 *definiri* B. — 15 *immo ait;* Virg. A. XI, 459. — *ocies arepto temp. turmis* B — 16 *immo age;* Virg. A. I, 753. — *age dic hospes ab origine* V. — 17 *tu* abest V. — *ideo* B. — *quid etrah.* B. — 18 *utcumque* V. — *et ideo* B. V. *et ad* V. *ad* B. — 19 *dixe* B.

§. 3. 20 *Fugere* B. — 21 *at composita* V. — *composita atque. Ordo* B.

§. 4. 24 *uerbia* B. — 25 *cum dicis* B. — *huic* post *dicere* addidi. — *tibi. et item* B. — 26 *dici qua et ibi* B. addidi *huic*. V. locum post *huic et tibi* ita habet: *Et item resp. huic tibique. Non poss. dicere huicque tibi. Respond. autem poss.*, ex quibus *autem* recepi.

§. 1. 2 *utriusque* B. — 3 *adiuuandas* B. — 4 *am;* an *amb?* — *diduco* add. B. post *diiudico*. — 5 *ut* ante *apud* deest B. — V. *citro* et add. *circa*. — 6 *et* ante *conp.* deest V. — 7 *et ad unam* B. — *addico* B.

§. 2. Ergo *accusatiuo* seruiunt hae *ad amicum apud patrem ante coenam aduersus hostem cis Tiberim circa domum circum murum circa ianuam contra portam erga fratrem extra matrem inter montes intra domum infra urbem iuxta locum ob rem penes Eurum per spatium prope Circum propter salutem praeter sonum post tergum pone balneas secundum uiam trans Galliam ultra Aethiopiam usque Romam*· ‖ F.13.b.

§. 3. *Ablatiuo* casui seruiunt hae *a socio ab olympo abs tecto absque damno cum amico coram uicino de domo e foro ex edicto pro patria prae ceteris palam omnibus sine inuidia tenus facie*·

§. 4. *Utrique casui* seruiunt hae *in uillam uado* et *in uilla sum*. *sub tectum uenio* et *sub tecto sto*. *subter arborem eo* et *subter arbore sedeo*. *super arborem saliunt* et *super arbore sidunt*. et *super*. quando *de* significat. sicuti est *multa super Priamo rogitans*. ablatiuo tantum seruit·

[Cap. IX.]

De Interiectione.

[38] §. 1. [38] *Interie tio* est pars orationis aliquem motum animi significans atque exprimens ut *heu papae hem* et si qua sunt alia·

[Cap. X.]

De Soloecismo.

[39] §. 1. [39] *Soloecismus* est uitium locutionis. quod fit per latinas quidem partes orationis sed male sibimet nexas· qui enim dicit *inter hominibus* si consideres singula nullum fecit uitium· nam et *inter* latinum est et *hominibus*. sed uitiosum est sic utrumque coniunctum· hoc ergo modo quando peccatur in qualibet ratione. quae de octo partibus orationis reddita est. soloecismus uocatur·

§. 2. Nonnulli a soloecismo seiungunt *inproprium* quod graece *acyrologia* dicitur. si quis uerbi causa dicat *libidinem amicitiarum* pro *amore* et *factionem bonorum* pro *cessione*. nisi uituperans aut inridens dicat sed bono animo arbitrans ita esse dicendum. nunquam solet ita reprehendi ut soloecismum fecisse arguatur· hoc ergo interest inter

§. 2. 8 *Erga* B. — *cenam* B. *caenam* V. — 9 *Teberim* B. — *cura domum* B. — *circa forum* V. — *ianua* B. — *portum* B. — 10 *matrem* excidit B. — *intra* — *locum* desunt V. — *penes earum* V. — 11 *propter sonum* B.

§. 3. 13 *haec* V, ut postea. — 15 *sine fiducia.*

§. 4. 17 *et* post *eo* addidi. — *arbores eo* B. — *siliunt* V. B. — 18 *sidunt* deest B. — *multa;* Virg. A. I, 754. — 19 *tamen serr.* V.

§. 1. 2 *pape* B. V. — *talia* B. — *De Soloecismo* desunt B.

§. 1. 1 *Solecismus* B, ut postea. — 3 *in Lat.* B. — *est* ante *sic* deest B.

§. 2. 6 ἀκυρολογία V. *acirologia* B. — 7 *factione* B. — 8 *concessione. Nisi* V. *cessione. non si* B. — 9 *numquam* V.

soloecismum et inproprium. quod in soloecismo reprehenditur ordinis ignoran†tia. in inproprio autem significationis· aliud est enim nescire quomodo se uerba consequi debeant. aliud nescire quid significent· p. 181 M

[Cap. XI.]

De Barbarismo.

§. 1. [40] *Barbarismus* quo singula ipsa uerba latina non sunt· nam si quis dicat *hominem* detracta aspiratione barbarismum facit. aut *coronam* addita aspiratione peccat. aut *luctat* detracta syllaba scilicet peccabit. aut *potestur* pro *potest* addita syllaba latinum non est· [40]

§. 2. Aut si dicat *pone* et primam syllabam corripiat detractione temporis. barbarismus est. aut si dicat *bonus* et primam syllabam producat adiectione temporis. uitium est. aut si enuntiet nomen et nullam in eo acuat syllabam. acuminis detractione peccat· si autem duas acuat syllabas in una parte orationis. adiectione acuminis offendit auditum. si dicat *uulla* pro *uilla*. conmutatione litterae· si dicat *displicina* pro *disciplina*. transmutatio syllabae in uitio est. quia detractione et adiectione conmutatione et transmutatione aut aspirationis aut litterae aut syllabae aut accentuum aut temporum fit barbarismus·

§. 3. Sed ad cetera uitanda potest quaecunque lectio boni auctoris subuenire. propter tempora autem et accentus alia eruditio et poetae maxime necessarii sunt. aut si ab his tempus excludit. animaduertendus diligenter in conloquio sermo doctorum est· nam in eodem quod tempore in loquutione rectum est et quod eiusdem temporis docti qui habentur uel dixerint uel probauerint. a summo sunt consensu. quod in scriptis eorum quibuslibet et in sermone cum cura edito facillime apparet.

§. 4. Sane quidam discernunt inter *barbarismum* et *barbarum* ut *barbarismus* sit si pars orationis secundum redditam rationem aliqua superet uitiosa. *barbarum* autem si alicuius gentis uerbum est non receptum. ut si quis dicat in latino sermone *delecs* pro

---

§. 1. 1 *De Barbarismo* et *Barbarismus* desunt B. Praeterea excidisse uidentur *est vitium locutionis.* — 2 *retracta aspirationem* B. — *corona* V. — *peccat* post *aspiratione* deest V. — 3 *lactat. Detracta* B. — Post v. *syllaba* excidisse videtur *ur;* cf. tamen Terent. Hec. V, 3, 31 etc. — *peccauit* B. V. correxit Mai; an *peccat?* — *potest pro potest* B; *potestur* ap. Lucret. III, 1023 (1008); cf. Diomed. A. Gr. I p. 385, 16 K.

§. 2. 5 *ut si dicat* B. ut postea. — 7 *ut si enunt.* B. — *acuet* B. — 8 *acuet* B. — 9 *commotatione* B. *commutatione* V. — *transmittatio* B. — 10 Post *quia* add. B. *multa.* — *conmutatione* B. V.

§. 3. 12 *quaecumque* V. — 13 *aut acc.* pro *et* V. — 14 *tempus* i. prosodiae ignoratio. — *colloquio* V. — 15 *in dono* B. 2 m. *dono* V. *MAI,* qui in contextu *in domo* habet; scripsi *in eodem.* — *qui temp.* B. *quo* V. correxi *quod.* — 16 *vel quae hab.* B. *vel qui hab.* V; delevi *vel.* — *a summo magno se consensu* B. V, ut *magno* sit dissographia. Locum corruptum emendavi; an *est magno inter se consensu?* — 17 *aedito* B.

§. 4. 20 *si qui* V. — *dellas pro carice* V. *delecs pro curi e* B, ex quo Oehl. fecit *carie*

carie quod utique punicum est· esse autem nullius omnino gentis uerbum pro uerbo nuntiatur. tali uitio nec nomen inpositum est·

Obliuiscor iniuriae. memor sum bonorum. misereor puerorum. pudet facti. piget gratiae. poenitet laboris. taedet operis. memini lectionis. reminiscor doloris. ignarus malorum· *Verba accusatiui casus* decet dominum. poenitet amicum. piget inertem. ridet fratrem. calumniatur Catonem. concedo pretium. lego Homerum. scribo historiam. consolor inimicum. odi turpes. noui bonos· *Nomina appellatiua* expers bonorum. dubius itineris. cupidus honoris. neglegens picturae. conscius facti· *Datiuo casui seruiunt* maledico hosti. suadeo iudicibus. indico tibi. cedo potenti. ministro parenti. largior amico. dono propinquo. obsequor domino. aduersor inimico. gratificor illis. subscribo epistulis. adsum clementi. pareo legibus· *Nomina uocatiui casus* Virgili scribe. Cicero responde· *Ablatiui casus uerba* fruor fratre. potior pecunia. utor toga. priuor potestate. egeo laude. careo molestia. cedo possessione. abstineo cibo. fungor officiis. sacrifico uictima. glorior uiribus. donatus torque. dignatus honore· *Nomina datiui casus* intentus studiis. inimicus uirtuti. audiens dicto. inuidens bono. maliuolus studenti. utilis ciuibus. aptus scenae·

EXPLICIT ARS SANCTI AVGVSTINI.

Dietrich doctissimus collega, v. *delecs* propter quattuor consonas repudiato, pro *dellas*, quo in ulla lingua Semitica scirpi genus significari negat, *debbas* scribendum censet, cum *semâm debbûs* arabice sit cyperus fastigiatus et *debsie* teste Forskalio in Flora Aegypt. p. LXIX et 14 scirpus corymbosus. Ceterum simili modo Pompei. Comment. in Donat. de barbarism. p. 420 *magalia* vocabulum Afrorum affert. — 21 *quid* B. — 22 *Hic revera Augustini ars grammatica explicit. Sequitur tamen in codice sine interruptione tractatus quidam, qui vel tralatitius videtur vel est quaedam imitatio elocutionum Frontonis.* MAI. Sunt excerpta ex Augustini arte grammatica, ut similia ex Probi Arte apud Endlicher. Anal. Gr. p. 441 sq.

3 B. *accusatiuo casui.* — B. *pinitet.* — 4 *consolo* B. — 5 *oditur promoui* B. — 6 *honors* B. — 8 *epistolis* B. — *Clementi* B. — 10 *verbastuor* B. — *togo* B. — 12 *torquum* B. — *dignus* B. V. — *datiuo casui* B. — 14 *ARTES* V. — *FELICITER* add. V.

Corrigendum.

Pag. 16 in nota lin. 85 lege *vel ponderis i. auctoritatis; cf. Cap. III, 25, 120.*

DATE BORROWED	DATE DUE	DATE BORROWED	DATE DUE
	[illegible]		